D. CHRISTIANI GOTTLIEB
BVDERI
IVRIVM ET HISTORIARVM PROFESSORIS PVBLICI ORDINARII FACVLTATISQVE IVRIDICAE ADSESSORIS IN ACADEMIA IENENSI

DIATRIBA
DE
IVRAMENTIS PRINCIPVM ECCLESIASTICORVM S. I. R. GERMANICI
EX
DIPLOMATIBVS ACTIS PVBLICIS MONIMENTISQVE FIDE DIGNIS ERVTA.

EDITIO SECVNDA.

IENAE,
SVMTV IOH. CHRISTOPH. CROEKERI,
M DCC XXXVII.

PRAEFATIO.

De IVRAMENTIS PRINCIPVM ECCLESIASTICORVM S. I. R. G. quantum ego quidem ſcio, primus, ex inſtituto expono. Argumenti ſingularis, percolendi haec potisſime cauſſa fuit cum Iurium Doctoris privilegia & honores prenſanti mihi, ſpecimen auſpiciale proponendum eſſet, Iurisprudentiae S. I. R. Germanici Publicae varia capita, nondum ſatis illuſtrata, perueſtiganti, Iuramentorum illuſtrium materia, ardua omnino & niſi fallor nondum ſatis exculta, placuit. Quod dum agerem euoluendisque huc facientibus Scriptoribus & Actorum libellorumque publicorum monumentis operam darem, creſcebat late ſane patentis huius doctrinae apparatus, quem quotidianis laboribus diſtrictus digerere pro dignitate quum non poſſem, quae raptim conquiſiueram de SACRAMENTIS PRINCIPVM ECCLESIASTICORVM arripui, hasque in pagellas, ſed ſumma feſtinatione, ſaepe iis horulis, quibus alia cogitan-

da fuere, conieci, quas offero TIBI Benigne LECTOR Teque obseruanter rogo, velis fidem habere hac in caussa ingenue fatenti. Plures Publici & Ecclesiastici Iuris quaestiones omnino non inutiles, quae mentem subibant, tractassem, si tulisset tales praesens rerum in Imperio meaque hominis priuati conditio. Ea Sacramenta, quae Archi-Episcopi Germaniae Electores praestant, singulari disquisitioni reseruaui. Quae de damnis Iuramenti Episcopalis Pontifici Romano faciendi, scripsi, expressit Patriae Augustorumque Iurium amor, temperaui tamen stilum, qui nihil magis opto, quam inter fide dissidentes, & nisi DEVS conciliator fuerit, in capitibus fidei numquam vniendos, in externis secundum Imperii leges mutuum amorem, & pro status ordinisque dignitate ciuilem reuerentiam. Ille DEVS stator Rerumpublicarum, Germaniam respiciat, quaequae inter ceteras Princeps est, eandem ab Italiae & Romae, quarum iure merito, virtute & prouidentia Caroli I. Ottonis I. Iosephi I. & Caroli VI. maximorum Augustorum, Domina est ac Regina, ecclesiasticis vinculis, aliquando plene liberet.

Scribebam Ienae d. XXVIII. April.

A. R. S. MDCCXXV.

D. D. I.

D. D. I.

DE

IVRAMENTIS PRINCIPVM ECCLESIASTICORVM S. R. G. IMPERII

EXERCITATIO.

§. I.

Principes Germaniae ECCLESIASTICI, qui a temporibus maxime Henrici V. & Calixti II. P. R. duplicem personam ferunt, Praesulis Sacri & Principis Secularis, duos quoque habent Superiores, in Sacris potissimum Episcopum Romanum, in Profanis Imperatorem Augustum, geminique huius muneris ratione duplici Iurisiurandi vinculo, cui aliae inde accessere obligationes Sacramentis firmatae, ex pactis, legibus publicis ac moribus deuinciuntur, (1) quae secundum receptam Iuramentorum diuisionem, in I. *Promissoria;* II. *Assertoria* & III. *Mixta* forte diuidi possunt.

Episcopi Germaniae duos habent Superiores.

varia Iuramenta praestant.

(1.) Licet Clericis ob ordinis ac professionis reuerentiam remissa fuerit ex parte Iurisiurandi necessitas, Constitutionibus Imp. vide *L. 25. C. de Episc. & Cleric.* & HENRICI III. Imp. Constitutionem, in amplissimi VIRI IO. CHRISTIANI LÜNIGII *Germaniae Sacra Diplomatica Parte I. p. 149. 150.* qui *decreuit & Imperiali auctoritate irretractabiliter diffiniuit, vt nec* EPISCOPI *nec presbyteri, nec cuiuscunque Ordinis Clerus, non Abbas, non aliquis Monachus vel Sanctimonialis in quacunque controuersia, siue Criminali, siue Ciuili Iusiurandum, qualibet ratione compellatur subire*; Quam approbauit ex arcanis caussis HONORIVS II. P. R. *c. 1. X. de Iur. Calumn.* cumprimis in tanto Conciliorum consensu, de quo testantur satis *Cap. 4. Si quis Presbyter C. 2. q. 5.* Actio Vndecima CONCILII CHALCEDONENSIS *apud* IOANNEM HARDVINVM *Conciliorum Tomo* II. *p. 555. A.* CONCILIVM *Berghamstedae* A. C. DCXCVII habitum *can. XVII. Tomo III. Conciliorum p. 1819.* CONCILIVM *Meldense* d. a. DCCCXLV. Canone XXXVIII. apud eundem HARDVINVM *Tomo* IV. *p. 1489. D. E.* SYNODVS Regia *Ticina* A. DCCCL. Cap. IV. apud EVNDEM *Tomo V. p. 26. A.* Addantur Excerptiones EGBERTI Eboracensis Archi-Episcopi ex Canonibus Sanctorum Patrum de Sacerdotali Iure *N. XIX.* apud PHILIPPVM LABBEVM & GABRIELEM COSSARTIVM *Conciliorum Tom. VI. p. 1587.* E. Eiusdemque EGBERTI De Institutione Ecclesiastica in Collectione HARDVINI *Tom. III. p. 1980.* E. Conferri quoque meretur Episcoporum, Prouinciarum Remensis & Rotomagensis *Epistola* apud STEPHANVM BALVZIVM *Capitularium Regum Francorum Tom. II. p. 102. 119.* maxime. In grauibus tamen caussis obtinuit Iurisiurandi a Clericis praestandi vsus ab ipsis Pontificibus approbatus.

§. II.

I. Promissoria Episcoporum Iuramenta.

I. PROMISSORIA inter, primum occupat locum *Sacramentum* illud *Solenne*, quod Archi-Episcopis & Episcopis ceterisque principalis dignationis Praelatis, in permultis Germaniae Ecclesiis, in ipso Electio-

Electionis actu, vel post eundem, praestandum fuit, vel est adhuc, quo, ad curatissimam Capitulationum, a sacris sodalibus praescriptarum, Statutorum quoque ac consuetudinum, scriptarum & non scriptarum, obseruantiam, tactis Euangeliorum libris, se obligant.

I. Iuramentum Episcoporum G. in Capitulationes.

§. III.

Origines huius Sacramenti Capitulationibus ortis adiici soliti, perquirenti mihi, haud patuere plene, (1.) non esse tamen adeo cognitas inde colligendum, quum vel praecipuarum Germaniae Ecclesiarum Capitula, ad *antiqua saltim tempora* (2.) prouocent.

Origo huius Iuramenti.

1) Vrbani II. P. R. siue Seculi XI. aeuo Episcopos *de Bonis Ecclesiasticis conseruandis* post Electionem iam factam Canonicis iurasse ex *c. Artaldus 2. C. 8. q. 3.* patet.

2) *Capitulum Hildesiense*, scriptis ad Innocentium XII. P. R. d. X. Mart. 1694. literis, quibus pro conseruandis hisce Sacramentis supplicauit, putat, a tempore primaeuae Archi- & Episcopatuum fundationis, vltra *Sex Septemue Secula*, haec Iuramenta, Archi- & Episcopos, sine vlla interruptione, nedum alia quauis oppositione praestitisse, hisque conformiter vitae suae tempore, vti aliter auditum non fuerit, se habuisse & gessisse; *Bambergenses* vero Decanus, Senior & Capitulares literis d. XXVI. Maii 1694. exaratis ad *communem saltim stylum immemorialemque Consuetudinem*; Et *Constantiense* sub d. 15. Martii eiusdem Anni, ad eundem Pontificem, vt cetera Germaniae Capitula iam omittam, ad *aliquot Secula* prouocant.

§. IIII.

Fuit autem a *multis* retro *Seculis* apud plerasque Germaniae Ecclesias Metropolitanas, Cathedrales, Mona-

Praxis &

233

Monasteria item, quae Abbates principali dignatione fulgentes habent, consuetudo, ante, vel in ipso Electionis actu vel post eundem, vltra consueta iam Iuramenta, adigere eligendos vel electos Praesules ad solemne *de seruanda Capitulatione Iusiurandum.*

§. V.

Exempla huius Iuramenti.

Copiosa huiusce rei *Exempla* in Actis Ecclesiarum Germaniae prostant, ex quibus produxisse sufficiat, quaedam excelsae *Wirzburgensis Ecclesiae*, argumenti huius Sacramenta. Quale Capitulares, consueto Iuramento, quod ipsis nouiter electus praestabat, contenti esse nolentes, primum forte 1.) ea in Ecclesia An. C. MCCCCXI. a *Iohanne II. de Brun*, exegerunt. Inde Successores 2.) hosque inter recentiores *Ioannes Philippus a Schoenborn*, magni Praesul animi, d. XIII. Augusti Anni 1642. qui tamen rursus singulari Pacto cum Capitulo inito, se quibusdam in caussis ab obligatione liberauit, ceterique *Iohannes Hartmannus de Rosenbach* An. 1673. ac *Petrus Philippus a Dernbach* An. 1675. *Conradus Wilhelmus de Wertnau* An. 1683. ipse quoque grauissimus horum Iuramentorum oppugnator *Iohannes Godofredus a Guttenberg* d. 16. Octobr. Anni 1684. tale Sacramentum, 3.) *tactis Euangeliis*, fecerunt. In Archi-Ecclesia Moguntina, *admota pectori manu*, *coram Euangelio*, Dietherus Isenburgo-Büdingensis Anno 1459. initam cum Collegio principe pactionem iureiurando confirmauit. 4.) Et ne apud Ecclesias, Romano-Catholicas doctrinas profitentes, in hoc nego-

negotio, has iurandi consuetudines obtinuisse vnice putemus ex Protestantium serie Iuramenta, *Episcoporum Caminensis*, 5) *Lubecensis*, 6) atque Administratoris Archi-Episcopatus *Magdeburgensis* 7) post repurgata sacra, praestita, omnino heic commemoranda.

1) Vti profitetur ipse Ioannes II. Capitulatione d. a. 1411. in LÜNIGII *Spicilegii Ecclesiastici Parte Secunda p. 969. seqq.* quod repetere d. 9. Iunii An. 1423. fuit coactus, vti constat ex LAVRENTII FRISENS *Chronico Wirzburgico* in illustris Domini de LVDEWIG *Scriptoribus Rerum Wirzburgicarum p. 694. 702. seq.* vbi: *Es wolten die Herren vom Dom-Capittel des gewoehnlichen Bischoefflichen Eydes, den ihn der neuerwehlte Herr thaet, nicht gesaettiget seyn, in ansehen der Beschwerden, so ihnen bievor von dem nechstverstorbenen Bischoff unversehnlich begegnet waren, sondern must er ihnen welches hievor nicht mehr beschehen, darneben auch eine Verschreibung, unter seinen Siegel geben.* Quae inde sequitur.

2) id omne curate exponit Publica Scriptio, quae sub elogio: *Factum & Ius Iuramenti Episcopalis*, siue Capitulationum Herbipolensium, latino sermone prodiit, repetita inde formis & relata inter [illegible] LÜNIGII *Selecta Scripta illustria p. 450. seqq.* Miror Continuatorem LAVRENTII FRISEI, de his omnibus plane tacere.

3) extat id apud LÜNIGIVM *Spicilegii Ecclesiastici*, Continuatione Secunda, *p. 1153.* collata *p. 1156.*

4) Dedit GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS V. C. *Annotationibus ad Serarii Res Moguntiacas Tom. I. p. 772.* Testimonium ipsius Diotheri ita conceptum: *Haben wir in guten truwen gelobt*, und in geinwertigkeit des heiligen Evangelii das da vor uns lage, mit uffgelegter hant, uff unser Hertz gesworn, *alle und igliche vorgeschrieben stucke, puncte, und artigkele stete und veste zu halten und auch darwidder nymmermee zu thun mit worten oder wercken und uber diesen unsern eydt, ader eynchen puncten ader artickel darinn begriffen, kheinerley dispen-*

B

dispensacien oder gnade, entledigunge, afflosunge, verbichtigunge, oder luterunge von dem Stule zu Rome oder von eynem Concilio impetriern oder erwerben

5) hac conceptum forma: *Sicut DEVS aeternus, verus & vnus, & sanctum Euangelium nos adiuuet, ita omnia Statuta Religioni nostrae Christianae non contraria volumus seruare nec in vlla parte labefactare, consensum de doctrina Ecclesiae, quam amplectitur hoc Collegium, iuxta Symbola & Confessionem Imperatori Carolo V. in Conuentu Augustano A. C. 1530. exhibitam & repetitam in Constitutione Pomeranarum Ecclesiarum itemque huius Ecclesiae concordiam & tranquillitatem communem tuebimur, Dominos Patronos, Pomeraniae Duces debita reuerentia, fide & obedientia prosequemur, & vbi ad consilia eorum vocabimur, semper quod in honorem, & commodum ipsorum cedere possit, & cum honestate coniunctum erit, consulemus, & reliqua omnia, quae ipsis iuxta Iuris communis, Pactorum, Transactionum, & Priuilegiorum formulas debemus, praestabimus. Bona Ecclesiae & Dioecesis non alienabimus, aut ad profanos vsus transferemus, Confratrum quoque ac Dominorum de Collegio discordias quantum poterimus, componemus, & sedabimus, & praedicta omnia bona fide seruabimus*, apud LÜNIGIUM *Spicilegii Ecclesiastici Partis Secundae Appendice p. 156*

6) De seruandis Ecclesiae & Capituli Iuribus, de non alienandis, sed recuperandis Bonis, in laudati iam & excitandi saepius LÜNIGII *Spicilegii Eccles.* Parte Secunda. *p. 479*

7) extat forma apud eundem LÜNIGIUM Libri laudati Partis Primae Continuationis Appendice *von Erz - Stifftern p. 52.*

§. VI.

Hoc Iuramentum oppugnatur a Capitulis.

Quum autem hisce Pactis ac Capitulationibus iurisiurandi religione confirmandis, successu temporis, varia insererentur argumenta minus grata Praesulibus Romanis, Episcoporum R. Catholici Orbis Patronis, aduersa etiam quandoque sacrae

corun-

eorundem, quam sumsere, dominationi, statuerentur, opposuerunt Iuramentis hisce varias Constitutiones, insertas ex parte postea Corpori Pontificii Iuris, quas inter eminent Alexandri III. Innocentii III. relata in *Cap. Sicut nostris 27. X. de Iureiur.* quo talia non Iuramenta, sed periuria nominat; Nicolai III. quae apparet *Cap. Contingit 1. de Iureiur. in 6.* Piorum II. & V. & ex recentioribus Gregorii XIII. 1) Clementis VIII. Vrbani VIII. Alexandri VII. aliorum Constitutiones. Conditi quoque variis in Conciliis Pontifici obnoxiis, maxime Provincialibus 2) Canones his Iuramentis aduersi.

1) Memorabilis maxime haec Constitutio Gregorii XIII. qua Nicolai III. & alias Constitutiones, contra iurantes & iurare facientes, illicita, impossibilia, damnosa & Ecclesiasticae libertati & decretis Concilii Tridentini aduersantia, renduat, quae reperitur in LAERTII CHERVBINI *Magno Bullario Romano, Tomo Secundo p. 478.* Edit. Nouiss. Lugdunensis, qua praecipit ac interdicit *Praelatis, Canonicis & aliis, nec non* ECCLESIARVM CAPITVLIS *& Monasteriorum ceterisque Conuentibus, Ciuitatum quoque Castrorum & Terrarum Communitatibus & Personis quacunque dignitate praeditis, ne ulla omnino Iuramenta illicita, impossibilia, damnosa vel libertati Ecclesiasticae, aut Decretis Concilii Tridentini obuiantia,* SIVE ANTE SIVE POST ELECTIONES, *confirmationes, prouisiones, admissiones, aut alios actus, vbicumque ac quocumque tempore, etiam praetextu cuiusvis consuetudinis quantocumque tempore obseruatae, quae potius corruptela est censenda, siue in genere, siue in specie, praestare, reddere, uel exigere, neque super praestitis, redditis vel exactis huc vsque quenquam, in iudicio vel extra, inquietare audeant quoquomodo vel turbare*, additis poenis grauissimis.

2) Ex multis adduco CONCILII MOGVNTINI Prouincialis Auctore Sebastiano Archi-Episco-

235

po in caussis Fidei & morum Anno 1549. congregati Capit. LXXXVII. apud HARDVINVM Conciliorum Tomo IX. p. 2135. [illegible] *Nos igitur* [illegible] *Iuramentorum exactionem in Capitulis, si non iniustam certe ut periculosam, censemus coarctandam. Iniusta vero & illicita Iuramenta, per quae [illegible] via [illegible] correctionis praecluditur, & praelati & promouendae ecclesiarum [illegible] disciplinae & utilitati impediuntur, omnino tolli debent. Et nos cum hac Sancta Synodo talia omnia damnantes, locorum* ORDINARIIS *& praelatis Capitulorum, ad eiusmodi correctionem per praesentes facultatem impertientes, districte eis praecipiendo iniungimus, ut Ecclesiarum Statuta diligenti cura reuideant; & Iuramenta non necessaria, a Sede Apostolica non confirmata, in primis vero iniusta & perniciosa, non obstantibus quibuscumque Consuetudinibus (cum iniquitati longinquitas temporis patrocinari non debeat) corrigant, cassent & tollant.*

§. VII.

His tamen omnibus non obstantibus, multis Germaniae in Ecclesiis, seruarunt antiquae libertatis reliquias Capitula, ac Consuetudinibus suis innixi Sacri Sodales, Constitutiones Pontificias, grauissimis Poenis Ecclesiasticis quantumuis munitas, quasi non ad Gemaniae pertinerent Ecclesias neglexerunt, nouosque Antistites ad praestanda ac obseruanda consueta Sacramenta r) adegerunt.

r) Possem dare cumulum Exemplorum, sed ex §. *III. n. 2. & §. V. & §. sequenti* iam obseruantia clare patet.

§. VIII.

examinatur Romae

Sed id graue fuit Episcopis, libera Ordinariorum Iura ad Canonum Legumque Pontificiarum normam desiderantibus; cum primis quando ferrent

rent duras nimis Episcopalibus Iuribus Leges, Canonici Capitulares, propria non raro commoda redolentes. Contigit ergo, vti Pontifices, vel per litteras Nunciorum Viennae & Coloniae Agrippinae sedentium, edocti, vel querelis Episcoporum, Iuramenti vinculo ligatorum excitati, talia Sacramenta firmatosque iis Capitulationum Articulos, tanquam sine Sedis Romanae auctoritate ac tempore illegitimo facta, non vna vice relicerent; quem ad modum Anno 1642. Congregatio Consistorialis in Maximiliani Henrici Archi-Episcopi Coloniensis; Francisci Guilielmi Episcopi Osnabrugensis, Mindensis & Verdensis ad Ecclesiam Ratisbonensem, Postulatione, Concessione denique Coadiutoris Fuldensis fecit, quae omnia ex Cathedra probauit Vrbanus VIII. eandemque sententiam, eodem Anno in Abbatis Fuldensis Postulatione tenuit, ac laudata Congregatio Consistorialis Anno 1664. in simili Capituli Vratislauiensis negotio, consentiente Alexandro VII. seruauit.

* Late haec exponit ex Actis Romanis *Factum & Ius Iuramenti Herbipolensis p.* 454. 455. 527. 544. 546. 548.

§. IX.

Resuscitata quandoque & summa cura tractata in Curia Romana, per Rerum Consistorialium Congregationem, auditis & ponderatis accurate prudenterque pro horum Iuramentorum conseruatione solerter saepe cogitatis rationibus. Quieuit etiam

 paulisper

236

paulisper caussa, donec Iohannes Godofredus de Guttenberg, Episcopus Wirzburgensis, rem ad Innocentios XI. & XII. PP. RR. deferret atque *Relaxationem ab hoc Iureiurando* petens, memoriam antiquarum & recentium Constitutionum ac Consultationum quasi renouaret.

§. X.

Caussam hanc momentosam omnino, Innocentius XII. P. R. magni nominis & perspicacis ingenii Cardinalibus, Concilii Tridentini Interpretibus, discutiendam detulit, qui moti querimoniis Episcoporum Germaniae Anno 1692. secreto decreuerunt: *Quascunque Capitulationes huc vsque sede vacante, ante vel post Electiones factas & IVRAMENTO A NEOELECTO FIRMATAS ESSE IRRITANDAS* de scitu Augustissimi Imperatoris a D. Nuncio Viennensi desuper informandi. Ne autem arduum negotium trium virorum saltim iudicio staret, Pontifex tres alios addidit, qui die 29. Martii 1694. iterum decreuerunt: *omnes Capitulationes, Conuentiones, Concordata, & IVRAMENTA super eisdem interposita esse cassanda.* Quod quidem Decretum, per Nuncium Pontificis Leopoldo M. Imperatori, iuxta vtriusque Curiae & Aulae morem antiquum, in arduis negotiis vsitatum, vti scribunt Pontificii, rectius, vt robur possit habere, praeuie exhibitum, Augustus, singulari Decreto, d. 9. Febr. 1695. ex parte habuit ratum, addita tamen, prudentissimo consilio, conditione: *Nihil Constitutioni*, quam

 medi-

meditabatur Pontifex aduersus haec Iuramenta, *adiectum iri, quod vel Imperii Iuribus vel Concordatis Germaniae contrarium existat.*

* Omnem hanc Narrationem debeo publico Scripto, sub Titulo: *Factum & Ius Iuramenti Episcopalis Herbipolensis*, quod supra laudaui, vbi fuse, adiectis Actorum documentis negotium expositum. Conferantur cumprimis *p. 453. 454. seqq. 524. 528. 536.*

§. XI.

Vsus inter haec Praesul Wirzburgensis *Relaxatione Iurisiurandi*, a Magno Ordinis Teutonici Magistro, Commissario a Pontifice deputato, facta, caussamque magna cura & contentione coram deputata Congregatione agebat, nec minori ardore Agens Capituli, sacrorum sodalium iura asseruit.

§. XII.

Ponderatis autem partium argumentis, neglectisque illustrissimorum Germaniae Capitulorum literis libellisque supplicibus, 1) magna cautione ac humilitate scriptis, quibus in communi hac grauissimaque causa pro Herbipolensibus Collegis Innocentio XII. supplicabant, Pontifex dedit d. XXII. Sept. 1695. Bullam 2) a Cardinale Ioanne Francisco Albano, postea sub Clementis XI. nomine Pontifice, summa cura conceptam, qua, Romanorum Pontificum Praedecessorum Nicolai III. Pii V. & Gregorii XIII. Constitutiones *ad illicitorum ac praesertim Ecclesiasticae libertati aduersantium* IVRAMENTORVM

improbatur & damnatur per Bullam Pontificis

234

TORVM *abusum tollendum*, propositas, generali Sanctione, cassatis omnibus contrariis & adiectis poenis renouauit & roborauit.

1) Referuntur Literae Capitulorum, *Moguntini*, Scripti publici saepius excitati *p. 533.* Salisburgensis *p. 533.* Hildesheimensis *p. 554.* Bambergensis *p. 535.* Constantiensis *p. 535.* Treuirensis *p. 536.*

2) CONSTITVTIO Pontificis vero extat *N. 18. p. 537. seqq.*

§. XIII.

quae publicatur.

Vtque statim robur acciperet noua Constitutio, illa Patrum Purpuratorum Congregatio, cuius iam mentionem feci, examinatis Herbipolensium Capitulationum ac Iuramentorum, quinque annorum spatio, prolatis contrariis argumentis demum declarauit: *Episcopum non teneri ad obseruantiam Instrumenti ac Capitulationis* NON OBSTANTE IVRAMENTO. Quam Declarationem Innocentius XII. statim per Decretum in forma specifica confirmauit.

§. XIV.

Argumenta aduersus hoc Iuramentum.

Iuuat omnino exposita controuersiae serie, audire per summa quidem saltem capita, *primum* Episcoporum aduersus haec Capitulationum Sacramenta congesta argumenta: Esse scribunt: I. talia Auctoritati Pontificiae, Libertati Ecclesiasticae, praestitis Pontifici & Imperatori in spiritualibus & temporalibus Iuramentis aduersa; Cedere II. in perpetuum damnum & vilipendium Dignitatis & Iuris-

Iurisdictionis Episcopalis; Tolli III. iisdem indirecta quasi via Episcopatus Regalia, Reditus, Bona Mensae Episcopalis. IV. Neo Electis Iurium Episcopalium distractionem, partitionem & obligationem, quae verae sint Alienationes non competere, Iuramentumque desuper praestitum, non valere; V. Sapere Simoniam, Lucrum Electorum bursale, propria commoda.

§. XV.

Argumenta pro Iuramento.

Contra vno quasi ore Germaniae Capitula provocant: I. ad vsum antiquum, Consuetudinem immemorialem; II. summam necessitatem, ne Episcopi, variis illecebris inducti in laqueum Diaboli incidant; III. ad vtilitates, quae ex Capitulationibus Iureiurando confirmatis in Prouincias Episcopales Ecclesiamque R. Catholicam redundarint; IV. Volunt, in talibus causis enucleandis non amplius iudicandum secundum canonum veterum normam; V. conculcari hisce Canonibus & Constitutionibus Pontificum antiquam Libertatem Ecclesiarum Germaniae, quae hisce in negotiis ad tales seruandas plene non sit obligata.

Dolemus omnino Germanicarum Ecclesiarum miseram conditionem, cuius libertas strenue olim defensa * post cumulata Sigismundo, Maximiliano I. Carolo V. imperantibus, Grauamina, sensim supprimi inde liquido cognoscimus.

233

* Conferantur egregius IOANNIS SCHILTERI de *Libertate Ecclesiae Germanicae* Liber Commentatius & Grauamina Nationis Germanicae apud GOLDASTVM, HORTLEDERVM.

§. XVI.

II. Iurament. Episcoporum G. Statibus Prouincialibus & Subditis vel Ciuitatibus Sedibus factum.

Alterum, quod Episcopis G. ex moribus praestandum Sacramentum, illud est, quod Statibus Prouinciae suae Secularis, vel Vrbis quae Sedem praebet, Ciuibus Subditisque ceteris facere quandoque solent. Enimvero, licet Episcopi G. paucis exceptis, fere omnes more Principum Secularium, in suis Territoriis plenam habeant Superioritatem Territorialem, ea tamen saluis Statuum Prouincialium iuribus & priuilegiis est exercenda, habentque omnino Status, ex moribus ius petendi sub auspicia temporalis Regiminis consueta, Iuramenta. Quorum in numero prouoco ad amplissimam Iurisiurandi formulam, 1) qua Franciscus Guilielmus Comes de Wartenberg, *Episcopus Osnabrugensis* Anno 1628. inter inaugurationis solemnia, DEO, Beato Petro Apostolo, & BB. Crispino & Crispiniano Ecclesiae Patronis, Decano & Capitulo ac Statibus Prouincialibus Ecclesiae & Regionis Osnabrugensis, non solum de Statutis editis & ipsius consensu edendis, nec non honestis Ecclesiae Consuetudinibus inuiolabiliter obseruandis, sed variis quoque Prouinciae Iuribus ac Priuilegiis, in ciuilibus, criminalibus, feudalibus conseruandis, sancte promisit. Idem facere solet *Archi-Episcopus Coloniensis*, Iureiurando in Vnionem Prouincialem, *Landes-*

Einigung

Einigung, dato, qua & libertati mutandae Religionis, iam Reſeruato Eccleſiaſticorum, fere reſtrictæ, amplius renunciat, vti Acta Colonienſia 2) loquuntur. His *Abbatiſſae Heruordienſis*, non quidem Principali dignitate ornatae, inter Praelatos tamen, votum curiatum principale ferentes, ſedentis, Iuramentum, Ciuitati Heruordienſi olim datum, adnectere 3) liceat. Quibus caerimoniis, Electus Traiectenſis Ordinibus Praeſulatus *Traiectenſis* præſtiterit Iuramentum, ex ſchedis MSCtis 4) enarrat ANTONIVS MATTHAEVS Iuriſconſultus literatiſſimus, adducitque formulam ita conceptam: *Iura Eccleſiae meae conſeruabo illibata, libertatem exemptionis hactenus habitam & obſeruatam per Ciuitatem & Dioeceſim Traiectenſem nunquam infringam, nulla importuna petitione eccleſias meas grauabo, & vnumquemque de iuriſdictione mea exiſtentem in ſuis priuilegiis & libertatibus conſeruabo, eaque non infringam, res eccleſiae & quaſcunque poſſeſſiones epiſcopales nullatenus alienabo ſine communi conſilio & expreſſo & libero conſenſu Praelatorum & Cleri. Per praemiſſa tamen non intendo derogare, aut aliquo modo praeiudicium generare translationi temporalitatis in Caeſaream Maieſtatem tanquam Ducem Brabantiae & Comitem Hollandiae factae iuxta Bullarii Apoſtolici deſuper confecti tenorem. Et haec fideliter & firmiter obſeruabo. Sic me* DEVS *adiuuet, & omnes ſancti, fideſque ſanctorum Euangeliorum.* His Iuramentis illud per Principes *Stabulenſes & Malmundarienſes* praeſtari ſolitum annumerandum. 5)

Accedunt Archi- & Epiſcoporum G. *Iuramenta* Ciuitatibus S. R. G. I. aliiſque eximia

 liber-

239

libertate gaudentibus, in quibus ab antiquis temporibus, vel Sedem, aut Iura quaedam, Iurisdictionem ciuilem vel criminalem, habuere, circa *Solemnem Ingressum*, quem *Intradam*, *den Eintritt* vocant, acceptionemque reciproci sed conditionalis semper a Ciuibus Sacramenti, praestari solita, difficillimisque subinde controuersiis innexa. Enimuero Archi-Episcopus Coloniensis, Ciuitati Imperiali Sedi suae, *Coloniae*, de seruandis Iuribus & Priuilegiis iurat. 6) Sic vetustissimae Imperii Ciuitati Spirensi Episcopus *intrans*, *zwischen den beschlossen Thoren* iuxta antiqua Pacta, datis primum Priuilegiorum Ciuitatis literis confirmatoriis, de his sancte seruandis Episcopus a Consule ita interrogatus: *Gnaediger Fürst und Herr, was der verlesen Brief inhaelt das wolten Ew. Fürstliche Gnaden mit Hulden (oder mit Legung der Rechten auf die lincke Brust) bestaetigen*, respondet: *Was Sie einem Rhat und der Statt Speyr zugesagt, und mit Brieffen bestaetigt, das wollen sie treulich halten legen die rechte Hand auf die lincke Brust: als ihr GOtt helffe!* 7) Sic nouus olim Argentoratensis Episcopus inter auspicia Regiminis suo & Capituli Cathedralis nomine iurauit: 8) *mit aufgelegter Hand auf seinen Herzen, die Stadt und die Ihrige lassen zubleiben bey allen ihren Freyheiten, Gerichten, Rechten, Herkommen, und Gewohnheiten, als sie die hergebracht haben, und die ihnen zu mehren und nicht zu mindern*, datis insimul literis reuersalibus suo & Capituli Sigillis munitis. Tale quoque Iuramentum olim ante suum ingressum *Ciuitati Erffurtensi*, de libertate & Iuribus praestare obligatus Archi-

c i Episcopus Moguntinus, 9) tum iura quaedam eximia in vrbe habens. Idem olim Episcopo *Traiectensi* post solemnem in *Vrbem* sedem ingressum faciendum 10). Quandoque nomine & loco Episcoporum haec Iuramenta per Ministerialem Episcopatus aliumque honoratum Virum 11) facta.

1.) Dedit amplam hanc Formulam Iura, Priuilegia Ecclesiae & Territorii Osnabrugensis complexam LÜNIGIUS *Continuatione Spicilegii Ecclesiastici p. 649.*

2.) Fatente Archi-Episcopo Coloniensi Gebhardo Truchsessio *im Ausschreiben und gründlichen wahrhafften Bericht An. 1583. 4.* edito *pl. A. fin.*

3.) extat illud in *Gründlicher Deduction der Hochheit, Erb-Gerechtigkeit, Gerichten und Rechten so den Herzogen von Cleue, Gülich und Berg als Graffen zu Rauensberg in der Stadt Herworden zubehoeren,* in den Beylagen *pl. C. 3.*

4.) de *Nobilitate* L. II. c. XLVII. p. 738.

5.) extat in perillustris Camerae Imperialis Adsessoris LUDOLFI *Symphoremat. rerum in Camera iudicatar,* Vol. II. p. 1366.

6.) Iuramentum, quod a. 1370. Archi-Episcopus Ciuitati iurauit ex *Libro Statutorum Coloniensium* singulatim edito, inseruit PHILIPPUS KNIPSCHILD praeclaro Operi *de Iuribus & Priuilegiis Ciuitatum Imperialium Lib. II. Cap. IX. n. 48. p. 357.* vbi & de Archi-Episcopi Moguntini & Episcopi Wormatiensis similibus Iuramentis memorat.

7.) Indice CHRISTOPHORO LEHMANNO *Chronici Spirensis Lib. IV. Cap. XXIII. Edit. de a. 1612.* quo Intradae & Iurandi Solemnitates accurate describit. Addatur Idem Lib. VII. c. LVIII. vbi memorat Anno 1365. *Lampertum de Born* Episcopum ante Introitum coram missis Ciuitatis Landauii *ire Priuilegia, Freyheit, Gerechtigkeit und Gericht, durch geschworen leiblich Ayd, gleich seinen Vorfahren,* datis simul literis, confirmasse.

8.) ex Testium oculatorum relatione & notitia Archiui haec refert THEODORUS REINKINGIUS, Cancellarius tum Bremensis, publico Scripto, cuius auctor, quod sub: *Fürstlichen-Erzbischoefflich-Bremischen*

210

schen Nachtrabs inscriptione prodiit *p. m. 181. 182.*

9.) confirmante summo Viro VITO LVDOVICO a SECKENDORFF *Iustitia Protectionis Saxonicae in Ciuitate Erffurtensi p. m. 50.* & in *repetita & necessaria Defensione huius Protectionis Lit. C.*

10.) compara MATTHAEVM de *Nobilitate* Lib. II. c. XLV. & EVNDEM *Veteris aeui Analectis* Tom. I. p. 279.

11.) vti patet ex *Assertione Libertatis Reipublicae Bremensis*, quae opposita fuit iam indicato Archi-Episcopi libello & *Bremae 1648. 4.* impressa *p. m. 106.*

§. XVII.

III. Iuramentum Episcoporum G. Professio Fidei iurata.

Alia Sacramenta ab Episcopis ante *Consecrationis Actum* exigi solita. *Primum continet Fidei R. Catholicae plenam Professionem*, atque ab Archi-Episcopis & Episcopis G. cum ceteris Orbis Romani necessario est emittendum. Quae Fidei Confessio initio scripto tantum facta, 1.) inde Iurisiurandi religione fuit confirmanda, solemnis Fidem orthodoxam profitendi formula olim erat, consonans iisdem, quas in vtriusque Iuris Codicibus ac Decretalium variis Collectionibus, de *summa Trinitate & Fide Catholica* Titulis legimus. Postea ad mentem Episcoporum Romanorum, absolutam potestatem adfectantium efformata eaque quae Romae praescripta forma, 2.) necessario praestanda. Ex quo autem R. Catholica Ecclesia 3.) fidem suam multis admixtam erroribus Concilio Tridentino, quod iam ipsius fulcrum est, confirmauit, Romani Pontifices, Archi- & Episcopos electos ante Confirmationem & Consecrationem ad Concilii huius tanquam fidei & vitae normam solemni Iuramento adstringere 4.)

Iuramentum in Concilium Tridentinum.

re 4.) e re sua esse censuerunt. Hanc tamen iuratam fidei professionem facere noluit *Fridericus* a *Veda* Electus *Coloniensis*, sed Archi-Episcopatui potius se abdicauit. 5.)

1.) Euoluatur PETRVS de MARCA doctissimi de *Concordia Sacerdotii & Imperii* Operis *Lib. VI. c. III. §. XIII. p. 792.* & CASPAR ZIEGLER praeclari de *Episcopis* Libri Commentarii *Cap. IX. §. XVIII. p. 461.*

2.) Iam Saeculo IX. imperante Carolo Grasso hoc sibi sumserat Pontifex Ioannes VIII. qui *Williberto Archi-Episcopo Coloniensi* Pallium petenti, illud hac de caussa denegebat: *Optatum Pallium nunc conferre nequiuimus quia* FIDEI TVAE PAGINAM MINVS QVAM OPORTEAT *continere reperimus, cum videlicet in ea nullam sanctarum vniuersalium Synodorum nec Decretalium Pontificum Romanorum constitutarum* (Monarchiam Papalem cum iactura libertatis Germanicae stabilientium) *secundum morem feceris mentionem, sed nec illam subscriptione munieris, nec aliquem, qui hanc Iureiurando firmares miseris,* apud SIRMONDVM *Conc. Gall. T. III. p. 520.*

3.) Integrum Examen Fidei, quaestionibus & responsionibus Consecratoris & Consecrandi adornatum atque hodie in Romano-Catholica Ecclesia visitatum reperitur in Pontificali Romano Clementis VIII. f. m. 82. 84. Addatur AVGVSTINVS BARBOSA, Episcopus Vgentinus *de officio & potestate Episcopi Parte I. Tit. I. Cap. V. n. 7. p. 28. Edit. Lugd.*

4.) iuxta CONCILII TRIDENTINI *Cap. I.* Si in quibuslibet *Sessione XXIV.* de Reformatione, & Bullam Pii IV. de Iuramento in Concilii Tridentini Decreta ab omnibus faciendo, Anno 1564. editam, quae extat apud LAERTIVM CHERVBINVM *Magni Bullarii Romani Tom. II. n. LXXXIX. p. 129.* & LÜNIGIVM *Spicileg. Ecclesiast. Parte Prima p. 513.* ibi: *cum iuxta Concilii Tridentini dispositionem, omnes quos deinceps* CATHEDRALIBVS *& superioribus Ecclesiis praefici &c. publicam orthodoxae Fidei Professionem facere, seque in Romanae Ecclesiae obedientia permansuros spondere & iurare teneantur &c.* Inde Forma Sacramenti, grauis puriori doctrinae, recitatur. Ea Formula, quam

la, quam tactis scripturis sacrosanctis ad sancta DEI Euangelia, Iacobo Archi-Episcopo Treuirensi coram Notario & Testibus iurauit *Gebhardus Truchsessius* electus Archi-Episcopus Coloniensis, reperitur in ipsius *Ausschreiben*, in Appendice Documentorum *no. XVIII.* vnde LÜNIGIVS *Spicilegii Ecclesiastici Partis Primae Continuatione p. 846.* habet. Sed postea Gebhardus meliora edoctus ita iurasse doluit. Alia Exempla cumprimis Archi-Ecclesiae Moguntinae peti possunt ex NICOLAI SERARII *Rerum Moguntinensium* Libris, Editionis, doctissimis GEORGII CHRISTIANI IOANNIS Supplementis & Additionibus locupletatae, qui Volumen Primum Rerum Moguntiacarum faciunt passim in Vitis Archi Episcoporum e. gr. *p. 961. n. XI.* vbi Ioannes Philippus Archi-Episcopus An. 1684. Aschaffenburgi & *Fidei Professionem* solemniter vt moris est edidit, ac Sedi Pontificiae obsequii religione se deuinxit coram Hugone Friderico ab Elz Metropolitanarum Moguntinae & Treuirensis comparate Chor-Episcopo & Canonico, cui Fabius Chisius Episcopus Neritonensis Nuntius Pontificius partes suas commiserat. *p. 963. n. XVIII.* vbi memoratur, Ioannem Philippum Archi-Episcopum ex commissione Innocentii X. P. R. ab Adiutore Treuirensi *secundum Formulam Roma missam & praescriptam* a. 1652. Herbipoli ritu solemni, praesentibus *tabellione & septem testibus* Fidei Professionem iuratam suscepisse, ne *Sedem Romanam* multo sumtu & labore accedere cogeretur. Sed nolo cumulare exempla, quae Scriptores & monimenta Ecclesiarum Germaniae, exhibent.

5.) Acta huius commemorabilis rei dedit IACOBVS de LADERCHIO *Continuatione Secunda Annalium Baronii* Tomo XXII. p. 256. seqq.

§. XVIII.

Iuramentum ab Episcopis Suffraganeis, Metropolitaneis praestandum.

Alterum Iuramentum, antequam *Consecrationis Actus* plene absoluatur, *Archi-Episcopis a Suffraganeis suis* praestandum. Quum enim medio aeuo in Galliis ac Germania, Consecratio Episcoporum fieret a Metro-

Metropolitano ac Comprouincialibus, absque Romani Pontificis auctoritate, Metropolitani secuti forte exemplum Anastasii Thessalonicensis Archi-Episcopi, vti obnoxios magis sibi redderent Episcopos Suffraganeos, post acceptam Fidei Catholicae Professionem, singularem eandemque iuratam *Reuerentiae* & *Obedientiae* sponsionem, 1.) quam *Iuramentum Fidelitatis* postea quoque appellare placuit, exegerunt. Primum equidem Metropolitanis saltim *reuerentiam & obedientiam in Canonibus & decretis Sedis Romanae contentam*, pollicebantur, ac Priuilegia, quae secundum eosdem Canones & Decreta Metropolitanis debebantur, Fidemque sui Ordinarii se seruaturos ac exemplum & auctoritatem eiusdem in damnandis haeresibus & pro Canonum executione secuturos. Postea vero quam Gregorius IX. *c. 13. X. de Maior. & Obed.* decreuit, vt Metropolitani a suis Suffraganeis nullam aliam Iuramenti formulam exigerent, quam illam, secundum quam Pontifici Romano fides & obsequium praestaretur ab iis Episcopis, qui immediate tum pertinebant ad eius Consecrationem, eadem fere Iuramenti forma obtinuit, qualem *c. 4. X. de Iureiur.* legimus. Tale Sacramentum Anno 1247. *Gerardo Archi-Episcopo Bremensi* Metropolitano suo, in Orientali Choro Bremensi dixit *Albertus Lubecensis* Episcopus, Liuoniae, Estoniae & Pruciae Apostolicae Sedis Legatus, quod duplex, 2.) vnum *Indemnitatis*, Ecclesiae suae factum, ita conceptum: *Ego Albertus Lubicensis Ecclesiae Episcopus, ab hac hora in antea*

Exempla huius Iuramenti.

242

in antea possessiones & iura Episcopatus Lubicensis non alienabo, sed ea, quae alienata sunt, bona fide pro posse meo recolligam. Sic me Deus adiunet, & ista IV. Sancta Euangelia, & IV. Euangelistae, & ista Patrocinia Sanctorum. Aliud *Fidelitatis* Archi-Episcopo, sub ista forma: *Ego Albertus Lubicensis Episcopus, Liuoniae & Estoniae & Prutiae Apostolicae sedis Legatus, ab hac hora in antea* Fidelis & obediens in omnibus ero Tibi G. *Sanctae Bremensis Ecclesiae Archi-Episcopo Tuisque Successoribus in Bremensi Sede constitutis: Mandatum Tuum quodcunque mibi ore siue per certam Epistolam Tuam manifestaueris, sine malo ingenio adimplebo, ad omnem terminum & locum, quem mihi indicaueris, nisi corporis mei infirmitate vel alia aliqua graui necessitate detentus venire non possum, haec omnia per fidem sine omni malo ingenio obseruabo tuis & tuorum successorum temporibus, quamdiu vixero secundum scire meum & posse. Sic me Deus adiunet, & ista sancta IV. Euangelia, & IV. Euangelistae & ista Patrocinia Sanctorum.* Quibus adiecit varias promissiones sub religione Iuramenti praestiti seruandas, de non quaerenda vlla ratione Absolutione ab Obedientia Ecclesiae Bremensis, auctoritate alicuius superioris facienda & alia. Eidem *Gerardo II. Wilhelmus* Episcopus *Suerinensis*, itidem Suffraganeus, in Ecclesia Zwerinensi, a. 1248. tali ratione 3.) iurauit: *Ego Willehelmus Zwerinensis Episcopus, ab hac hora in antea fidelis ero sanctae Bremensi Ecclesiae & Domino nostro Archi-Episcopo Gerardo eiusque successoribus. Non ero in consilio, nec in facto, vt vitam perdat aut membrum, vel capiatur mala captione; consilium, quod mihi per se, aut per literas,*

ras, aut per nuncium manifestabit, ad eorum damnum nemini pandam, Archi-Episcopatum Bremensis Ecclesiae & regulas sanctorum patrum & statuta conciliorum adiutor ad defendendum & retinendum, saluo ordine meo, contra omnes homines, vocatus ad synodum veniam, nisi impeditus fuero canonica praepeditione, legatum ipsius & ecclesiae Bremensis, quem certum legatum esse cognouero, in eundo & redeundo bene & honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo, & omnem fidelitatis formam, ad quam de iure teneor, fideliter obseruabo, sic me adiuuet Deus & Sancta Euangelia & patrocinia sanctorum, quorum hic reliquiae continentur. Ne igitur id alicui veniat in dubium, sigilli nostri impressione fecimus communiri. Actum in Ecclesia Zwerinensi XVII. Kalend. Iulii Anno Domini MCCXLVIII. Quod cum superiore collatum, in quibusdam discrepat & canonicae, siue potius Pontificiae Formulae in *Cap. 4. X. de Iureiur.* relatae, magis concordat. Quandoque tamen hoc in *Iureiurando Fidelitatis* ex Libertate Germanica amplioribus quaedam Formulis deducta, vti patet ex Iuramento, 4.) quod *Archi-Episcopo Salisburgensi* praestare solet *Praepositus* principali dignitate *Berchtoldsgadensis.* Adderem *Abbatis S. Maximini*, extra & prope moenia Ciuitatis Treuirensis *Fidelitatis, Subiectionis & Obedientiae Iuramentum*, 5.) quod Archi-Episcopo *Trevirensi* praestat, nisi ille esset in numero Praelatorum, qui non sunt Principes.

1.) Antiquis temporibus ignota erat haec obedientiae promissio, vti ex *c. 3. X. de Maior. & Obed.* colligendum, atque eruditissime declarauit PETRVS de MARCA *de Concordia Sacerdotii*

243

cerdotii & Imperii Lib. VI. Cap. III. §. XIII. add. ZIEGLER. de *Episcopis*, *Cap.* IX. §. XIIII. p. 461.

2.) Inter Priuilegia Archi-Ecclesiae *Hammaburgensis* apud ERPOLDVM LINDENBROGIVM *Scriptorum Septentrionalium* N. LXX. p. 173. vnde habet LÜNIGIVS *Spicilegii Eccles. Parte* II. p. 304.

3.) apud LUNIGIVM *Spicilegii Ecclesiastici* Partis Secundae Appendice p. 155. Aliam Formulam Iuramenti *Nicolai* Episcopi *Suerinensis*, vide apud LEIBNITIVM *Scriptor. Rer. Brunsuicens.* Tom. II. p. 257.

4.) apud EVNDEM *Spicilegii Ecclesiastici* Continuatione Partis Primae p. 1021. 1022. vbi inter consueta ABBAS promittit: *auxilium meum omne quod potero praestabo, auxilium eis cum omnibus munitionibus & hominibus & quibuscunque aliis modis vtilibus semper dabo & me Vasallum suum & suae Ecclesiae recognosco.*

5.) potest tamen euolui libro excitato p. 247.

§. XIX.

III. Iurament. Fidelitatis & Subiectionis Pontifici Romano faciendum.

Iam ad grauissimi momenti *Iuramentum* progredior, quod magno Germaniae damno, Episcopo Romano Primatum in cunctas Orbis R. Catholici Ecclesias iniuste sumenti, ante *Electionis* suae *Confirmationem*, quam Imperatoribus Augustis extorsit, facere necesse habent Germaniae Praesules. Quam in seruitutem, liberam gentem, quod omnino dolemus, perduxit deuotus plane Romanae Sedi Winifridus siue Bonifacius, Fuldensis Abbas, Archi-Episcopus Moguntinus & Sedis R. per Germanias Vicarius Legatus, quem Thuringorum, Hassorum, aliorumque populorum Germanicorum Apostolum, vocant, qui, cum Anno 723. a Gregorio II. P. R. Romae Episcopus consecraretur, noua Sacramenti formula Sancto Petro siue Sedi Roma-

Romanae, cuius potestatis incrementa vbique promouebat, ad obedientiam & subiectionem se obstrinxit in Templo Vaticano ad S. Petri, si adsunt, reliquias, hac 1.) ratione: *Promitto ego* BONIFACIVS, *gratia* DEI *Episcopus, Vobis Beato Petro Apostolorum Principi, Vicarioque tuo beato* PAPAE GREGORIO, *Successoribusque eius, per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum Trinitatem inseparabilem, & hoc sacratissimum corpus tuum, me omnem fidem & puritatem sanctae fidei Catholicae exhibere: & in vnitate eiusdem fidei, Deo cooperante persistere: in qua omnis Christianorum salus, sine dubio esse comprobatur: Nullo modo me contra vnitatem communis & vniuersalis Ecclesiae, suadente quopiam, consentire: Sed, vt dixi, fidem & puritatem meam atque concursum Tibi & vtilitatibus tuae Ecclesiae, cui a Domino Deo potestas ligandi soluendique data est; & praedicto Vicario Tuo atque successoribus eius per omnia exhibere. Sed & si cognouero Antistites contra instituta antiqua sanctorum Patrum conuersari, cum eis nullam habere communionem aut coniunctionem. Sed magis, si valuero prohibere, prohibeam: Si minus vero, fideliter, statim Domino meo Apostolico renunciabo. Quod si, quod absit, contra huius promissionis meae seriem aliquid facere quolibet modo, seu ingenio, vel occasione tentauero, reus inueniar in aeterno iudicio: vltionem Ananiae & Saphirae incurram, qui vobis, etiam de rebus propriis, fraudem facere, vel falsum dicere praesumpserunt. Hoc autem indiculum Sacramenti, ego Bonifacius exiguus Episcopus, manu propria scripsi: atque positum supra sacratissimum corpus tuum, vt superius leguntur,* DEO *teste & iudice, praestiti Sacramentum, quod & conseruare promitto.*

1.) extat indiculus Sacramenti Bonifaciani inter *Epistolas S. Bonifacii*, per NICOLAVM SERARIVM editas *p. 163.* Addatur SERARIVS, *Moguntiacarum Rer. L. III. XV. Notatione* p. 290. *Edit. recent.* inter Scriptores Rerum Moguntiacarum.

§. XX.

Deuinctus sic arctissimo vinculo Bonifacius ac inde a Gregorio III. Archi-Episcopi dignitate & Pallii honore ornatus, Synodo, in vrbe ignota vsque huc eruditis celebrata, Franciae Germanicae Praesulibus, tum de Pallii onere non cogitantibus persuasit, 1.) vti ad exemplum Galliae Metropolitanorum hoc Pallii graue munus peterent. Qui vero honos care nimis libertatis iactura emptus. *Nouas* etenim, fatente illustrissimo Gallicanae Ecclesiae Praesule, 2.) cum aliis Europae Metropolitanis, qui pallium esse sibi necessarium putauerant, *Conditiones sibi a summis Pontificibus impositas coacti sunt amplecti & Scripto polliceri Subiectionem & obedientiam & per omnia praecepta eius canonice sequi.* Ipse tamen Bonifacius imprudenter se iurasse, grauèque illud Sacramentum se exacte seruare non posse agnouit 3.)

1.) Conferatur IO. SCHILTERVS *de Libertate Ecclesiarum Germ. L. II. c. IIX. §. IV. VI. p. 183.* CONRINGIVS *de Constitutione Episcoporum Germaniae §. XXVI. p. 363.* maxime vero ipsius BONIFACII Epistola ad Cudberthum Coepiscopum, vbi plene narrat, qua ratione Pontifici se non tantum sacramento constrinxerit, sed alios quoque Metropolitanos in hanc seruitutem perduxerit. Est ea digna quae legatur in *Serariana* Collectione *No. CV. p. 144. sqq.*

2.) PETRO de MARCA de *Concordia S. & I. Lib. VI. Cap. VII. §.*

VII. §. VI. p. 516.

3.) EPISTOLA ad Danielem Episcopum, quae *Tertia* est in Collectione SERARII p. 5.

§. XXI.

B. ergo Petro, & Pontificibus, qui huius se Vicarios iactant, subiectionem & obedientiam, se iuxta Canones exhibituros, Galliarum diuersos Metropolitanos exemplo Bonifacii iurasse, Formulae Sacramentorum docent; Episcopis, qui Pallia non anhelabant, pristinam libertatem per breue tempus seruantibus.

§. XXII.

Ex quo autem Gregorius VII. Monarchiam Pontificiam firmiter constituit, ambitiosissimo & callidissimo homini recepta iurandi Formula, qua *subiectio & obedientia* IVXTA CANONES promittebatur, non suffecit, sed pro absoluta, quam vsurparat potestate, eandem auxit, inque *Fidelitatis* fere *Iuramentum*, quale Dominis Vasalli iurare solent, commutauit, 1.) quo Episcopos, cumprimis Germaniae, Iura Henrici IV. Augusti & Libertatem Ecclesiae Germanicae ex parte tuentes, arctius adstringeret & obligaret Sedi Romanae, quam in summum fastigium euexerat. Cuius Iuramenti Formula, licet peruulgata sit, heic omnino locum meretur, ita 2.) concepta: *Ego N. Episcopus ab hac hora in antea fidelis ero sancto Petro, sanctaeque Romanae Ecclesiae, dominoque meo Papae G. eiusque Successoribus canonice intrantibus. Non ero neque in consilio, neque in*

facto

245

facto, vt vitam perdat aut membrum, vel capiatur mala captione. Consilium, quod mihi aut per se, aut per literas, aut per nuncium manifestabit, ad eius damnum nulli pandam: Papatum sanctae Romanae ecclesiae & regulas sanctorum patrum adiutor ero ad defendendum & retinendum, (saluo ordine meo) contra omnes homines. Vocatus ad Synodum veniam; nisi praepeditus fuero canonica praepeditione. Legatum Apostolicae Sedis, quem certum esse cognouero in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo. Limina Apostolorum singulis annis aut per me, aut per certum nuncium visitabo, nisi eorum absoluar licentia. Sic me DEVS *adiuuet, & haec sancta Euangelia.*

1.) is enim verus Capituli *IV. X. de Iureiurando* auctor, vti post alios doctissime comprobauit EMANVEL GONZALEZ TELLEZ *Notis* ad *h. c.* vbi & singulas formulas illustrauit.

2.) extat excitato iam *Cap. IV.* Sed a subsequentibus Gregorium VII. Pontificibus ex arcanis Monarchiae Papalis rationibus, quibusdam in clausulis mutatum & auctum. Quas variationes erudite obseruauit cultissimus Iuris Canonico-Pontificii interpres Gallus FRANCISCVS FLORENS, Aurelianensis primum inde Parisiensis Antecessor, *Tractatu ad Libri I. Decretal. Tit. VIII. de vsu & auctoritate Pallii*, Operum *Tomo I. p. 229.*

§. XXIII.

Quo Sacramento arctissime sibi Successoribusque deuinxit Praesules Germanos. Sed initio id saltim praestitisse videntur Metropolitani, 1.) quibus ex opinione S. Bonifacii 2.) propter Pallia credita & recepta maior solicitudo & cura incumberet, quam ceteris Episcopis. Ex Decreto Concilii Romani

mani Anni 1102. a Praesulibus, Henrico IV. Domino suo primum adhaerentibus, sed mox ad Sedis Romanae obedientiam redeuntibus, & Pallia accepturis hoc Sacramentum exegit Paschalis II. 3.) Idem fecit ex Decreto concilii Lateranensis a. 1179. Alexander III. qui per Legatum Hyacinthum Palliorum latorem a Germaniae Archi-Episcopis *Christiano Moguntino* & *Philippo Coloniensi*, Iuramentum suscepit, quod nobis ALBERTVS STADENSIS 4.) conseruauit, ita conceptum: *Ego N. anathematizo & refuto omnem haeresin extollentem se adversus sanctam Romanam Ecclesiam Catholicam, praecipue vero Schisma Octauiani, Widonis, & Iohannis & ordinationes eorum irritas iudico, & eis contradico & modo & in antea me obediturum iuro & promitto* FIDELITATEM *Sanctae Romanae Ecclesiae, &* DOMINO MEO *Alexandro & Successoribus eius, iuste intrantibus,* IPSIQVE SERVIAM *absque omni malo ingenio contra* OMNEM HOMINEM *secundum ordinem meum. Consilia eius quae mihi scripto certo mandauerit, vel ipse commiserit, nulli hominum prodam nec etiam pro periculo corporis aut membro. Legatum Ecclesiae Romanae honorabo & ducam & reducam, & iuuabo expensis. Sic me* DEVS *adiuuet & sancta haec Euangelia.*

1.) Fateor me non reperisse temporibus Gregorii VII. Formulam Iuramenti Fidelitatis ab Episcopis praestiti, quia id in collatione Palliorum faciendum, quiae Palliorum onera non dabantur Episcopis. Iuramentum, quod *Gregorio VII.* ad formam *Cap. 4. X. de Iureiur.* nuncupauit *Henricus Archi-Episcopus Aquileiensis*, extat inter ACTA CONCILII *Romani VI. a. 1099.* habiti apud IOA. HARDVINVM *Tom.*

246

Tom. VI. p. 1586. C. Aliud *Manassis Remensis Archi-Episcopi*, eidem Gregorio factum reperitur inter Epistolas Gregorii huius iniquitatis plenas, apud HARDVINVM *Tom. VI. p. 1388. C. Nr. XVII.* sed non est Iuramentum Fidelitatis ad formam a Gregorio praescriptam, promittit se Iurisdictionem Pontificiam agniturum, & Bona Ecclesiae suae non alienaturum.

2.) Euoluatur ipsius EPISTOLA *CV. p. 144.* Collectionis Serarianae.

3.) HERMANNVS CONRINGIVS equidem laudata Exercitatione VII. *de Constitutione Episcoporum Germaniae §. LXXIII.* putat, primo omnium tale Iuramentum exegisse Paschalem II. sed summus Vir Gregorium VII. Cap. 4. X. de Iureiur. auctorem non adgnouit, nec legere potuit Formulas Sacramentorum Gregorio VII. factas, quas recentiores Conciliorum Editores LABBEVS & HARDVINVS exhibent. Euoluatur omnino CAESAR BARONIVS *Annal. Ecclesiasticor. Tom. XII. ad Ann. 1102. N. V. VI. p. 23. 24. Edit. Mogunt.*

4.) CHRONICO *ad Ann. 1179.* Collectionis Rer. Germanicar. Kulpisio-Schilterianae *p. m. 293.* Auctore tamen ROMVALDO Salernitano Archi-Episcopo *Chronico*, Tomo VII. *Muratoriani Corporis* Scriptor. Rer. Ital. p. 236. ipse *Alexander III.* Venetiis, quum concordia inter illum & Fridericum I. Imp. esset facta, ab iis Iuramenta ipse exegit, ita enim ROMVALDVS: *Christiano autem Cancellario Moguntinam Ecclesiam auctoritate Apostolica confirmauit, & tam ei quam Philippo Coloniensi Archi-Episcopo, qui a suis Suffraganeis & Catholicis fuerant consecrati*, accepto ab vtroque Iuramento Obedientiae *Pallia de more concessit.*

§. XXIV.

Licet autem Exactio Iuramenti huius perniciosi ac insoliti non vbique animis fuerit aequis 1.) acceptata, vtpote quae Episcopos Regibus & summis Imperantibus iam deuinctos, alienae potestati subiectos reddebat, sensim tamen inter grauissimas Imperatorum & Regum persecutiones, cumprimis

mis poſtquam Inueſtiturae Epiſcopalis Ius Auguſtis eripuiſſent Romani Praeſules, cum Metropolitanis omnes Suffraganeos ad promittendam interpoſito Sacramento fidelitatem & ſubiectionem compellere auſi, quod per erat facile ab eo tempore, quo per Calixti II. fraudes & vim Henrico V. Inueſtitura Epiſcoporum Germaniae plene fuit extorta.

1.) vti ex *cap. 4.* Significaſti *X. de Elect. & Elect. Poteſtate* & alia Paſchalis II. ad Archi-Epiſcopum Poloniae Epiſtola apud CAESAREM BARONIVM *Annalium Eccleſ. Tom. XII. ad An. 1102. N. VIII. IX. X. p. 25. 26. ſeq.* Edit. Moguntinae, clariſſime patet. Vtinam vero Germaniae diſſenſum hoc tempore quis poſſet demonſtrare.

§. XXV.

Omnes ergo hodie Germaniae 1.) & Orbis Romano-Catholici, 2.) quantum ego quidem inueſtigare potui, Patriarchae, Primates, Archi- & Epiſcopi, Abbates etiam hoc Sacramento PONTIFICI ROMANO *tanquam* ABSOLVTO MONARCHAE *adſtringuntur, vt Papatum S. R. E. i. e. Curiae Romanae vſurpationes, defendant.* 3.) Cuius Iuramenti, poſt tot mutationes & clauſularum additiones ſumma calliditate factas, in Pontificali Romano Clementis VIII. auſpicio Romae 4.) edito formula recentior, ita concepta: *Ego N. Electus Eccleſiae N. ab hac hora in antea fidelis & obediens ero beato Petro Apoſtolo, ſanctaeque Romanae Eccleſiae & Domino noſtro, Domino N. Papae N. ſuisque ſucceſſoribus canonice intrantibus. Non ero in conſilio, aut conſenſu, vel facto, vt vitam perdant,*

 aut

aut membrum, seu capiantur mala captione; aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur, quouis quaesito colore. Consilium vero, quod mihi credituri sunt, per se, aut Nuntios suos, seu literas, ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam. PAPATVM ROMANVM ET REGALIA SANCTI PETRI *adiutor eis ero ad retinendum, & defendendum, saluo meo ordine, contra* OMNEM HOMINEM. *Legatum Apostolicae Sedis in eundo, & redeundo, honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo. Iura, honores, priuilegia, & auctoritatem Sanctae Romanae Ecclesiae, Domini nostri Papae, & successorum praedictorum, conseruare, defendere, augere & promouere curabo. Neque ero in consilio, vel facto, seu tractatu, in quibus contra ipsum Dominum nostrum, vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra, vel praeiudicialia personarum, iuris, honoris, status, & potestatis eorum machinentur. Et si talia, a quibuscumque tractari vel procurari nouero, impediam hoc pro posse; & quanto citius potero, significabo eidem Domino nostro, vel alteri, per quem possit ad ipsius notitiam peruenire. Regulas sanctorum Patrum, decreta, ordinationes, seu dispositiones, reseruationes, prouisiones, & mandata Apostolica, totis viribus obseruabo, & faciam ab aliis obseruari. Haereticos, schismaticos, & rebelles eidem Domino nostro, vel successoribus praedictis, pro posse persequar & impugnabo. Vocatus ad Synodum, veniam, nisi praepeditus fuero canonica praepeditione, Apostolorum limina singulis trienniis personaliter per me ipsum visitabo; & Domino nostro, ac successoribus praefatis rationem reddam de toto meo pastorali officio, ac de rebus omnibus ad meae Ecclesiae statum, ad cleri, & populi disciplinam, animarum*

morum denique, quae meae fidei traditae sunt salutem quovis modo pertinentibus & vicissim mandata Apostolica humiliter recipiam, & quam diligentissime exequar. Quodsi legitimo impedimento detentus fuero, praefata omnia adimplebo per certum Nuntium ad hoc speciale mandatum habentem, de gremio mei Capituli, aut alium in dignitate Ecclesiastica constitutum, seu alias Personatum habentem; aut his mihi deficientibus, per dioecesanum Sacerdotem; & clero deficiente omnino per aliquem alium Presbyterum saecularem, vel regularem, spectatae probitatis & religionis, de supra dictis omnibus plene instructum. De huiusmodi autem impedimento docebo per legitimas probationes ad Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Proponentem in Congregatione sacri Concilii, per supradictum Nuntium. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam, nec donabo, neque impignerabo; nec de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu Capituli Ecclesiae meae, inconsulto Romano Pontifice, & si ad aliquam alienationem devenero, poenas in quadam super hoc edita constitutione contentas, eo ipso incurrere volo. Consecrator in gremio suo librum Euangeliorum ambabus manibus apertum tenens, inferiore parte Libri Electo versa, ab eo praestationem huiusmodi Iuramenti recipit, Electo adhuc coram eo genuflexo dicente: *Sic me Deus adiuvet & haec sancta Dei Euangelia!* Et ipsum textum Euangeliorum ambabus manibus tangente, tum, *non prius*, dicit Consecrator: *Deo gratias.*

1.) De Germania nostra certus sum ac confirmatus exemplorum numero. Prostant editae passim horum Iuramentorum formulae, quales variae in Collectionibus LÜNIGIANIS, variis ex

1.) ...nis ex scriptoribus compilatae, e. gr. REICHS-ARCHIVS *Parte Prima, vnter Chur-Coeln p. 465.* Iuramentum *Abbatis Campidonensis* Pontifici factum, extat apud LÜNIGIVM *Contin. III. Spicileg. Eccles. in der Fortsetzung p. 78.* Abbatis S. Maximini in eodem *Spicil. I. Theil Fortsetzung p. 311. Abbatis Walckenriedensis Spicileg. Eccles. III. Theil p. 863.* Eadem *Forma* iurare quoque debent *Abbatissae*, vti ex *Sacramentis* patet, qualia olim fecerunt Abbatissae *Quedlinburgenses Spicilegii Parte III. unter denen Aebtissinnen p. 261.* Testatur quoque de communi hac praestandi huius Sacramenti obligatione AVCTOR Scripti Publici: *Factum & Ius Iuramenti Episcopalis*, supra iam laudatus, atque rerum Ecclesiae Germanicae R. Catholicis sacris addictae, peritissimus *p. 511.* In Codice quoque MSCto Bibliothecae Ienensis, *varias Causas, ad Capitulum Ecclesiae Herbipolensis spectantes*, vti Titulus habet, exhibente, qui *Laurentii Truchsessii* Senioris Canonici & Iubilarii olim fuit, hoc Iuramentum tali exhibetur Inscriptione: *Iuramentum* CVIVSLIBET *Episcopi quod facere tenetur Summo Pontifici.*

2.) Forma *Sacramenti*, quae a *Graecis* Episcopis, *Romanae* Ecclesiae consortibus praestanda, extat in RAYNALDI *Annalium Ecclesiasticorum* T. XIV. ad An. 1260. n. 42. p. 62.

3.) verbis scribo cordatissimi R. Catholici doctoris EMVNDI RICHERII *Historiae Conciliorum Generalium Lib. I. c. XIII. p. 764.*

4.) *Romae* 1595. F. cum figuris aeneis, actus liturgicos nitide exhibentibus *f. m. 79.* B. MARTINI LVTHERI tempore nondum vulgata erat haec Iuramenti Formula, nam ipse breui Scripto: *Cur & quomodo Christianum Concilium debeat esse liberum?* Tomo IV. Ienensi Latino *f. 595.* a profitetur: *Inspexi Pontificale, & Librum Caeremoniarum, vbi certo deprehendi, eos iurare iuxta rescriptum Papae, cuius tamen tenor in neutro exprimebatur. Rogaui igitur amicos pios & doctos,* ETIAM APVD EXTERAS NATIONES, *vt mihi fide dignum exemplar eius Iuramenti communicarent. Quod & factum est.* Inde de verbo ad verbum recitat vir magnus, quod maximam partem cum eo, quod inseruimus, concordat, sunt tamen quaedam ex rationibus politicis addita & immutata.

§. XXVI.

§. XXVI.

Summa autem circumſpectione, ne quis ſe ab hac Sacramenti huius praeſtatione vlla ratione eximat, neue alia, quam quae Romae parata meditataque eſt forma, fiat, vtque de interpoſito certa apud poſteros notitia extet, cauent Praeſules Romani. Quibus de cauſſis Promoti praeſentes, ante Expeditiones Literarum Pontificiarum, quas Apoſtolicas vocant, facere illud Fidelitatis & Subiectionis Iuramentum debent in manibus prioris Diaconorum Cardinalium genu flexi in forma, quam Clericus Cerimoniarum exhibet, qui de Iuramento eſt rogatus, & facit inde Inſtrumentum & refert in Cancellaria, qualiter talis Praelatus iurauit, neque in Cancellaria expediuntur Literae ſine tali relatione & male & cum graui praeiudicio Apoſtolicae Sedis & ideo prouidendum. Ad abſentes mittitur Forma Iuramenti cum aliis Literis. 1.) Sed proſpiciunt ac prouident Pontifices, vti abſentes Sacramenta haec ad normam ſuae voluntatis 2.) exactiſſime faciant. Olim praeſtari poterat per Procuratorem; 3.) ſed hodie 4.) principem perſonam ſolerter requirunt.

1.) Notitiam hanc debeo rariſſimo inter Proteſtantes Libro, qui ſub Titulo: *Rituum Ecclesiaſticorum ſiue Sacrarum Cerimoniarum SS. Romanae Eccleſiae* Libris Tribus, praefixa CHRISTOPHORI MARCELLI Corcyrenſis Archi-Epiſcopi, Epiſtola, *Venetiis 1516. f.* prodiit, *fol. m. XLVII. b.*

2.) vti didici ex Innocentii XI. P. R. Breui ad *Ioannem Godofredum de Guttenberg*, Electum Herbipolenſem, qua ipſius Electionem permittit, iuramenti tamen, cuius formula Roma trans-

transmissa fuerat, facta prius praestatione, his verbis: *Eidem Antistiti, vt recepto nostro & Romanae Ecclesiae nomine* FIDELITATIS *debitae* SOLITO *Iuramento, iuxta formam, quam sub* BVLLA NOSTRA *mittimus interclusam, munus ipsum tibi impertire licite possit, facultatem concedimus per praesentes. Volumus autem, quod* NISI RECEPTO *a Te per ipsum Antistitem iuramento praefato, idem Antistes a Pontificalis officii exercitio; & tam ipse, quam Tu a Regimine & Administratione tam temporalium, quam spiritualium, Ecclesiarum Vestrarum suspensi sitis eo ipso.* Nec hae cautiones sufficiebant Pontifici, addidit quoque: *Praeterea etiam volumus, quod Formam Iuramenti huiusmodi a Te nunc praestiti Nobis, de verbo ad verbum, per tuas patentes literas tuo sigillo munitas* PER PROPRIVM NVNCIVM QVANTOCIVS *destinare procures.* Id quod iam B. Lutheri aeuo fuit vsitatum, ita enim refert libello iam excitato *Tomo IV. Ienensi Latino, f. 292. Quod* (Iuramentum) *Episcopi electi omnes, non modo iurare, verum etiam in literas referre, ac Romam mittere coguntur, antequam consecrentur.*

3.) vide supra §. XVI. n. 2.

4.) quod late probauit SOLORZANVS de *Iure Indiarum Tom. II. L. III. c. VI.*

§. XXVII.

Grauissima autem Germaniae hisce ex Sacramentis, Episcopo R. praestitis, detrimenta ac damna fuere enata. Enim vero, vt ea taceam, quae ipsa Iuramenti formula apertissime loquitur, quaeque cordati *cap. 4. X. de Iureiurando* interpretes deduxere, explicate inde patet, cum Libertati Ecclesiarum Germaniae, 1.) tum Augustissimo Imperatori ac Imperio, eadem esse damnosa. Qui enim Augusto Germanicarum Ecclesiarum summo Advocato & Patrono, Imperioque, vnice fide & obsequio, vti antiquis receptum temporibus, obligati esse

ti esse debebant, vi virtuteque huius Sacramenti, alienae potestatis, non S. R. Imperii Germaniaeque salutem, sed sua commoda promouentis, iussa, grauissimis in negotiis accipere tenentur; Iudicem in caussis personam & munus sacrum tangentibus 2.) agnoscunt; aduersa publicae vtilitati consilia, 3.) in arduis Imperii, Electionum Augustalium, 4.) Legum publicarum, 5.) Comitiorum, 6.) rebus, suscipere coguntur, imo quondam ne mussitare 7.) quidem debebant, licet libertati Germanicae grauis esset Praesul Romanus, qui contra nitentibus & auitum patriae decus mascule tuentibus, periurii notam inurere, volebat.

1.) Iam Saeculi IX. aeuo Germania seruitutem hanc agnoscebat, in quam per Bonifacii *Iuramenta* perducta fuerat. Episcopi enim Germaniae in CONCILIO TRIBVRIENSI A. 895. congregati, apud HARDVINVM *Conciliorum Tom. VI. Part. I. p. 448. c. 30.* decernunt: *Honoremus Sanctam Romanam & Apostolicam Sedem, vt quae nobis* SACERDOTALIS *mater est* DIGNITATIS, (per Pallia sub conditione Iuramenti) *esse debeat magistra Ecclesiasticae rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas, &* LICET VIX FERENDVM *ab illa sancta Sede imponatur* IVGVM *conferamus & pia deuotione toleremus.*

2.) Inde est, quod aduersus Praesules fractae pacis Publicae & Religiosae reos, Augustissimus Imp. & Imperium, poenam *Priuationis* Secularis officii & Regalium tantum decernere possint.

3.) Sic, *Martisburgensis* Episcopus, sub initia *Reformationis*, hoc *Iuramento* ad publicandam *Bullam Papalem* aduersus *Lutherum* obligatum se adgnoscit, licet tumultus metuerentur, vide SECKENDORFFII *Lutheranism. p. 117. a.*

4.) Ita vi huius Iuramenti *Erchebertus* Episcopus *Bambergensis*, qui, cum ob defectionem a partibus *Ottonis* IV. Imp. censuris irretitus & munere interdictus fuisset, missoque Romam Clerico, absolutionem impetrasset,

 trasset,

230

traffet, scriptis ad Innocentium III. literis a. 1206. professus: *Se ex* FIDELITATIS ET OBEDIENTIAE IVRAMENTO, *olim in Consecratione sua concepto, teneri Domini Papae mandatis*, IN NEGOTIO ETIAM ROMANI IMPERII OBTEMPERARE. *Ego Echebertus Bambergensis Episcopus per hoc scriptum Sigillo meo munitum volo fieri manifestum, quod & illo Iuramento* FIDELITATIS ET OBEDIENTIAE, quod in Consecratione mea corporaliter praestiti, profiteor me TENERI AD OBEDIENDVM ETIAM SVPER NEGOTIO ROMANI IMPERII MANDATIS DOMINI PAPAE. *Vnde, sub illo Iuramento spondeo & promitto, quod, super negotio Romani Imperii, mandatis Domini mei Papae Innocentii sine fraude parebo, & cum ab eo vocatus fuero, cessante iusto impedimento, ad praesentiam eius accedam.* Extant literae in ODORICI RAYNALDI *Annal. Ecclesiast.* Tom. XIII. n. 13. p. 142. Ita, Alexander IV. P. R. An. 1256. Electores Ecclesiasticos Palliis oneratos & Sacramentis deuinctos, a Conradini optimi Principis Electione retinuit, vti patet ex Epistola Pontificis apud GODOFREDVM GVILIELMVM LEIBNITIVM *Prodromo Iuris Gentium Diplomatico p. m. 11. 12. vbi: Intelleximus, quod instat tempus* ELECTIONIS CELEBRANDAE DE REGE *in Imperatorem postmodum promouendo --- Vnde hic vehementer vigilandum est --- vbi de Aduocato Ecclesiae agitur -- ne pro Aduocato impugnator & pro defensore assumatur vel eligatur offensor. --- Et ideo de Conrado puero, nato quondam Conradi est praecauendum omnino, ne vllo modo intendatur ad eum, nec nominetur ad hoc, nec* ALIQVATENVS ELIGATVR *maxime* &c. *Ideoque Fraternitatem tuam monemus --- ac per Apostolica tibi scripta in* VIRTVTE OBEDIENTIAE, SVB DEBITO FIDELITATIS, *quo nobis & Ecclesiae Romanae teneris, ac sub poena Excommunicationis, quam ex nunc in Te proferimus, districte praecipiendo mandamus, quatenus praefatum Conradum puerum nullatenus in Regem, nec nomines, neque consentias in eundem; ita quod excommunicatus existas, si contra mandatum nostrum facere vel venire praesumpseris, & eundem Conradum nominaueris, vel elegeris, aut in ipsum consenseris.* Paruit mandato quilibet Archi-Episcoporum, quod secuta magna & misera-

miserabilis rerum in Interregno Magno vastitas & confusio.

5.) Propter hoc Iuramentum An. 1555. OTTO TRVCHSESSIVS Cardinalis, Episcopus Augustanus, se non posse admittere *Pacem Ciuilem Euangelicae Religioni* dandam apertissime profitetur *Protestatione*, sua manu scripta & Comitialibus Legatis transmissa, contra aequissimae & salutaris maxime huius Pacis sanctionem. Extat haec Protestatio inualida, latino sermone apud CAROLVM STENGELIVM *Comment. Rerum Augustanarum p. 298* & germanico apud LEHMANNVM *Actis Publicis Pacis Religiosae Lib. I. c. III.* Conferatur Scriptio, cuius titulus: *Protestatio Ottonis Truchsessii S. R. E Ecclesiae Cardinalis & Episcopi Augustani defensa*, Dilingae 1630. 4. Compositio Pacis Dillingensis q. 67. Edit. I. & qu. 78. Edit. 2. atque: *Relation über des Heil. Reichs Stadt Augspurg iezigem erbaermlichen Zustand in Iahren 1628. und 1629. vorgangen An. 1630.* 4. edita, *p. 132. seqq.* Quas contra summe necessariam bonorum quorundam Ecclesiasticorum in tractatibus Pacificationis Westphalicae Secularisationem, remoras fecit *Franciscus Wilhelmus* Episcopus Osnabrugensis, ex parte huic Iuramento originem debent, confer ADAM ADAMI optimi testis, *Relationem Historicam de Pacificatione Osnabrugo-Monasteriensi p. 158. 340.* Addatur tamen *de* BVCKISCH *Obseruation. Historico-Politicis in Instrum. Pacis Obs. 41. ad Art. V. §. 24. p. m. 209.*

6.) Quod quidem voluit PIVS II. P. R. alias AENEAS SYLVIVS rerum & libertatum Germanicarum, sed patriae nostrae magno impendio, peritissimus, dum in caussa Confirmationis Dietheri Isenburgici electi Archi-Episcopi Moguntini grauissimi Libertatis Germanicae Vindicis, post longam tergiuersationem absentem quidem tandem confirmaret, *ea tamen lege adiecta*, commemorante IOANNE GOBELLINO *Commentariis Pii II. Lib. III. p. 65. vt intra annum Sanctam Sedem Apostolicam accedere teneretur., & ab ea* (Director hic summus rerum & Comitiorum in Germania) VIVENDI NORMAM RECIPERE, *idque Iureiurando affirmaret, quod per legatos potestatem habentes promissum & iuratum est.* Quo in Iuramento magnam partem insolito, vti ipse Dietherus in frequenti Germanorum conuentu, habita Oratione, quae in laudatis Commentariis

tariis Lib. VI. *p.* 143. extat, conqueritur: *illud inter cetera prorsus indignum requirebatur*, VT CONVENTVS NATIONIS SVO INIVSSV NON COGERERM. *Praeterea alia multa Nationi Germanicae grauissima de Decimis, atque Indulgentiis, ad quas praestare iubebar assensum.*

7.) Eo delapsus, doctissimus alias ille Pontifex Pius II. est, vti & referente AVCTORE *Paralipom.* CONRADI VRSPERGENSIS *p.* CCCCXL. scriptis ad *Decanum & Capitulum Moguntinum* literis de Diethero conquestus: *qui vellet Sedem Apostolicam humiliare* & IMPERIALEM EVEHERE, adiecerit: *Quod vera etiam in Papam dicere, sit contra Iuramentum Episcoporum.* Alia grauissima damna Episcopis Germaniae ex hoc sacramento oriunda animose, sed acriori stilo aperuit B. Lutherus, saepe jam excitata scriptione *Tomo IV. Ienensi Latino f.* 595. *b.* quae omnino legi meretur, quamque ita fere finit: *Ergo, vt compendio repetam, quisquis hanc clausulam iurauit, cogitur Pontificiae tyrannidi & libidini, per omnia etiam iniustissima, & indignissima obedire, ab Episcopatu cadere, aut incurrendo periurii infamiam, se ipsum inhabilem reddere &c.*

§. XXVIII.

Dubia: An salua conscientia praestari possint talia Iuramenta.

Quae cum ita sint comparata, tamque grauissima per haec Iuramenta accipiat damna communis Patria Germania, non iniuste: *An salua conscientia talia Sacramenta sint & praestanda*, & *seruanda?* a quibusdam Germaniae Praesulibus fuit dubitatum, deque iisdem vel tollendis plane vel temperandis, consilia publice agitata, atque a Procerum Germaniae parte preces interpositae.

§. XXIX.

Commercium literarium in hac caussa.

Medio siquidem Saeculo XVI. praepotentis Ecclesiae *Monasteriensis* Electus, *Wilhelmus Kettler*, Ducis

Ducis Iuliacensis quondam Consiliarius ac summi templi Monasterii Canonicus, ab Anno 1553. quo amplissima dignitas suffragiis sacrorum sodalium delata fuerat, de *Iustitia* huius *Episcopalis Iuramenti* grauissimam habuit dubitationem, cumque ea per *Georgium Cassandrum* egregie cordatum inter R. Catholicos Theologum aliosque forte tolli haud potuisset, A. 1557. die 3. Decembris 1.) resignauit.

1.) Caussa Resignationis *Ketleri* atque successoris ipsius *Bernardi a Rasfeld*, plene haud patuit IOANNI GVALTERIO siue IANO GRVTERO *Chronico Chronicorum Ecclesiastico-Politico*, Annalibus Episcoporum Monasteriensium p. 1569. *N. LI. LII.* vbi: *Quare autem hi duo resignauerint, scire non potuimus. Forsitan vere perpenderunt, Episcopale munus plenum esse molestiis, & in potentatu non esse solidam felicitatem, & se non satis conuenientes ad hoc onus arbitrati sunt.* Apposite magis eandem aperit DAVID CHYTRAEVS *Saxoniae, ad An. 1557. p. 496. Exeunte anno (3. Decembr.) in Monasteriensi Principatu Wilelmus Ketlerus, cum sacerdos nondum ordinatus esset, & a sacerdotio prorsus abhorreret,* NEC ORDINARI VSITATIS RITIBVS PONTIFICIIS VELLET: *Episcopam Collegio resignauit, a quo postridie Bernhardus a Rasfeld Arnoldi filius Dioecesi praefectus est.* Maior lux ex Epistolis quas inserendas putauimus. Addantur verba B. Lutheri *Tomo IV. Ienensi Lat. f. 595. b) Quare nihil mirum si docti & prudentes Canonici Episcopatum vltro etiam oblatum repudient.*

§. XXX.

Merentur sane Epistolae hae, 1.) huius in argumenti tractatione locum, quas integras certis de caussis sisto:

252

1.) Inter *Illustrium & clarorum Virorum Epistolas Selectiores superiore saeculo scriptas, vel a Belgis, vel ad Belgas*, quas P. BERTIVS *Lugduni Batauorum ap. Ludouicum Elzeuirium 1617.* 8. edidit *Centuria I. N. XX. seq. p. 85. seqq.* quas indicauit mihi summe venerabilis Vir ERNESTVS SALOMON CYPRIANVS incomparabilis libri *überzeugende Belehrung vom Ursprung und Wachsthum des Pabstthums Cap. I. p. 21.*

Doctissimo viro Georgio Cassandro, amico singulari, Coloniae.

„QVAMQVAM omnibus (saltem piis) constet, Iuramentum, quod „*Episcopi* hisce temporibus *Pontifici Romano* praestare coguntur, „*multa impia & Christianae libertati aduersantia continere:* tamen „non desunt, (vt quisque vir doctus pro acumine ingenii imperitis „multa persuadere potest) qui illud phaleratis rationibus excusent, „atque defendant. Cum autem ego is non sim, qui argutias aut „potius *fallacias* horum deprehendere, neque deprehensas solidis ar-„gumentis redarguere possim: cupio, vt tu pro tua singulari doctri-„na, *singulas impietates*, nec non omnia illicita, quae in hoc iura-„mento continentur, adductis rationibus annotare, & potissimum si „iuramentum hoc (dum protestatio siue cautela illa praecederet, sci-„licet si aliquid contineret, quod verbo Dei aduersaretur, quod in „iis nullo pacto obstrictus esse velim) *salua conscientia* praestari pos-„sit, mihique *hoc nuncio* iudicium tuum hac in re, vna cum supra „dictis annotatis impertiri velis, *quo habeam, quod aduersariis,* „*qui multum in hoc sudant, respondeam*, & nihil homine Christia-„no indignum hoc in casu committam. Quod si feceris, promereri „studebo. Vale, raptim, Ahus 16. Nouemb. Anno 1556.

GVILIELMVS Electus
Monasteriens.

RESPON-

RESPONSIO CASSANDRI.

Reuerendo & illustriss. Domino, D. Guilhelmo Episcopo Monasteriensi Domino suo, plurimum obseruando.

„Reuerende & illustriss. domine. Cum A. T. literae mihi red-„derentur, valetudine eram paulo afflictiore, tum ob asperitatem „temporis, tum ob labores, quos in negotio mihi ab T. A. deman-„dato suscepi. In quo singulos, certe praecipuos religionis nostrae „articulos dum tractare aggredior, in eorum tractatione longius pro-„gressus sum, quam initio institueram. Huius specimen ad te mitto, „vt iudices, quam tibi haec ratio placeat, quod vbi a T. A. cogno-„vero, in opere suscepto volente Deo pergam. Hoc tamen speci-„men remitti cupio, nam & impolitius scriptum est, & nondum a „me recognitum. Quod autem postulas, vt *impietates & illicita*, „quae in Iuramento Romano Pontifici praestando continentur, ad-„ductis rationibus annotem & confutem, & an tale iuramentum „praecedente protestatione salua conscientia praestari possit: Nego-„cium perplexius & difficilius est, quam vt tam breui tempore & „ab hoc homine in hoc studiorum genere non admodum versato „praestari queat. Nam ad huius rei exactum iudicium canonici iu-„ris peritia non vulgaris requiritur: tum non satis scio, an quae alia „forma hodie, *quam ea* quae in Decretalium Libr. II. Tit. de iure-„iurando continetur, in vsu sit, neque illud A. T. adiecit, quae sint „illae phaleratae rationes, quibus non nulli impietates, quas A. T. „in hoc iuramento contineri scribit, excusent & defendant. Haec „quamuis ita se habent, dicam tamen, quantum breuitas temporis „& valetudinis imbecillitas, & eruditionis exiguitas patitur, quid de illo „Iuramento, quod in Decretalium libris legitur, sentiendum putem.

Inseri-

Inferitur Iuramenti Formula ex Decret. Lib. II. Tit. XXIV. cap. IV. fupra iam §. XXV. relata.

„Cum igitur de hoc Iuramento, totaque cauffa, propter quam „hoc Iuramentum a quibusdam bonis, vt opinor viris, Reipublicae „& Ecclefiae vtilitati confultum volentibus, tantopere defenditur, dili-„genter vna cum ftudiorum meorum focio, quantum noftra facul-„tas ferebat, inquirerem, omniaque accuratius expenderem, tandem „haec quam afcribo fumma non *improbabilis* vifa fuit. Primum „itaque, quod nos in hoc negotio non parum mouet, eft, quod „non raro ea tempora incidant, *vt minora mala & incommoda fub-„eunda fint metu maioris mali incurrendi*, *& fiducia excellentis „alicuius boni obtinendi*, modo hoc malum, quod fufcipiendum eft, ex „eo fit genere, quod cum nullo peccato & periculo falutis fit con-„iunctum: alioquin firma ftat fententia Pauli, non effe facienda „mala, vt eueniant bona. Item, fi illud malum, quod metuitur, & „bonum, quod fperatur, ad caufam falutis, & vitae aeternae perti-„neat. Videndum igitur erit, num in hoc negocio huius iuramen-„ti, demonftrari posfit, ita fe rem habere, vt eo praeftando *malum „quidem aliquod & iniquum*, id eft, incommodum, durum & mo-„leftum fubeatur, vt *maius malum*, *id eft*, *defertio officii* euitetur, „& potius bonum, id eft, vtilis Ecclefiae procuratio obtineatur: ita „aliqua huius quaeftionis foluendae ratio illucefcet. Imprimis igitur „diligenter expendendum eft, quae res nobis non perinde eft nota, „num. A. T. in eam necesfitatem redacta fit, *vt non aliter officium „fuum Ecclefiae & Reipublicae praeftare posfit*, *nifi de more hoc „iuramentum praeftetur*, & magna aliqua fpes propofita fit, fore, vt „hoc iuramento praeftito, eximia aliqua vtilitas in Ecclefiam & Rem „publicam redundatura fit, quae omnia iuramenti huius detrecta-

tione

„tione & omisſione impedirentur. Quod ſi ita eſt, certe nihil tam „durum & moleſtum eſſe debet, quod non Epiſcopus ad Eccleſiae „gubernationem legitime vocatus ſubire debeat, vt vocationi ſuae, „quantum in ipſo eſt, ſatisfaciat. Reſtat igitur nunc videre, num „hoc iuramentum ex eo genere ſit, quod etſi incommodum aliquod „adiunctum habeat, tamen cum peccato & periculo ſalutis coniun„ctum non ſit: & an aliqua ratio inueniri posſit, quo hoc iuramen„tum ſine Dei & conſcientiae offenſione praeſtetur. Itaque in hoc „genere hoc iuramentum & ſingulas eius partes expendamus. Prin„cipio igitur, quod Pontifex Romanus Epiſcopos, praeſertim occi„dentis, ad iuramenti necesſitatem aſtringat, aliquem iuris & aequi„tatis praetextum habere videtur, cum iam olim Occidentis inſpe„ctio ſit ei demandata, & praerogatiua quaedam inter Epiſcopos „conceſſa, & ſumma conſenſione hactenus obſeruata. Illud autem „iniquum & maiorum inſtitutis ac conſuetudini contrarium apparet, „quod Romanus Pontifex extra ſuam Prouinciam & ordinationem „conſtitutas, tanquam clientes quosdam & vaſallos, vt appellant, ad „iuramenti necesſitatem adigit, & in iuramento Epiſcopis oblato, „aliud complectatur, quam vt ea praeſtent, ad quae ex Dei man„dato, & officii ſui ratione, & maiorum inſtitutione teneantur, hoc „eſt, vt fidei integritatem conſeruent, & eam obedientiam Epiſcopo „Romano, quae iam olim illi exhiberi conſueuit, exhibeat. Talem „enim formam iuramentum a Bonifacio, poſt Epiſcopo Moguntino, „Gregorio Papae II. praeſtitum: Et in Concilio Toletano huiusmo„di quoque forma vnicuique ad Eccleſiaſticum gradum acceſſuro ante „conſecrationem praeſcribitur. Nempe vt fidem catholicam ſincera „cordis deuotione cuſtodiens, iuſte & pie viuere debeat, & vt nullis „Operibus ſuis Canonicis regulis contradicat, atque vt debitum per „omnia honorem, atque obſequii reuerentiam praeeminenti ſibi vnus„quisque dependat. Hoc autem quo de agimus iuramentum, non„nullas ciuiles cauſas continet, in quibus Epiſcopi *non Papae*, *ſed*

254

„*Imperatori potius* sunt obligati, cuiusmodi est illud, non futurum „se in consilio, vti vitae aut corpori eius periculum aliquod intente„tur, neque reuelaturum se consilium, quod ad eius damnum ten„dat. Haec quamuis praeter rem ab Episcopo exigi videantur, ta„men huiusmodi sunt, vt nihil per se iniquitatis habeant, si modo „recte intelligantur, quemadmodum & ipse huius Canonis interpres „hoc postremum de consilio non pandendo interpretatur. Hoc in„tellige, inquit, de honesto consilio, &c. Nunc reliqua huius iu„ramenti capita expendamus. Quod igitur initio S. Petrus comme„moratur, eique fidelitas promittitur, phrasis fuit superioris aetatis: „hic tamen commoda interpretatio adhiberi potest. Ideo enim „S. Petri nomen praeponi videtur, quod is Romanam Ecclesiam sin„cera Christi fide & doctrina instituisse, eamque primus ex praescri„pto diuini verbi administrasse credatur. Ita certe Felinus, quem in „hunc locum videre nobis contigit, annotauit: Dicitur, inquit, „seruari fides B. Petro, seruando fidem, quam ipse seruauit, & do„cuit: & sic intellige de Fide Catholica. Hactenus ille. Quare „hac forma loquendi intelligi potest, se doctrinam illam & fidem, „quam B. Petrus Romanos docuit, fideliter conseruaturum eique „obtemperaturum ac Rom. quoque Pontifici praesenti, eiusque suc„cessori quatenus illam doctrinam, quam a B. Petro acceperint, re„tinuerint & conseruarint. Iam reliqua quae sequuntur commodio„rem interpretationem admittunt. Fidelitas enim ea, quae Eccle„siae Romanae & Pontifici eiusque successoribus promittitur, ad „hanc regulam exigi poterit, vt iam diximus, in iis videlicet rebus, „quae ad conseruationem sincerae doctrinae & verae fidei pertinent. „Nam & illud, quod de Regulis sanctorum Patrum defendendis & „retinendis scribitur, intelligi potest de iis regulis, quae ad aedifica„tionem Ecclesiae pertinent, & diuinis mandatis non aduersantur. „Item, quod se ad Synodum vocatum, venturum, Legatum Ponti„ficis honorifice tractaturum, limina Apostolorum, aut per se, aut

per

„per alium quotannis visitaturum promittit, &c. ad politiam quam„dam Ecclesiasticam spectat, quae quatenus Ecclesiae vtilitati seruit, „retineri potest. Illud, quod de liminibus visitandis dicitur, ad eos „tantum Episcopos pertinere dicunt, qui per Italiam ad ordinatio„nem Rom. Pontificis pertinent, aut alibi exempti, aut immediate „illi subiecti; ad quos initio solos hoc iuramentum tum pertinuisse „tradunt. Vnicum est in hoc iuramento, quod prima fronte non „modo durum, sed etiam iniustum apparet: nempe, quod de *Pa„patu Rom. Ecclesiae defendendo & retinendo* inseritur, incertum „enim videri possit, quid Papatus nomine intelligatur. *Si enim Pa„patus nomine Tyrannis illa & iniusta dominatio, qua non modo „contra ius diuinum, sed etiam humanum Ecclesias & Respublicas „iam dudum oppressit, multaque sibi arrogat tanquam iure diuino „sibi debita, quae illi nec iure diuino, nec humano conueniunt, „certe sine Peccato fieri non potest, vt quisquam se ad tyrannidem „illam stabiliendam obstringat.* At si Papatus nomine intelligatur „Primatus ille & praerogatiua, quam ei iam olim, tum Graeci tum „Latini detulerunt, vt in ordine Episcoporum propter vrbis illius „amplitudinem, & fidei sincerae, quae aliquousque ibi viguit, con„stantiam & Ecclesiae illius loci celebritatem primas obtineat, & pe„culiariter procurationem & inspectionem Ecclesiarum per Occiden„tem habeat, nihil prohiberi videtur, quin & talis primatus, si, vti „iam diximus, ad Ecclesiae aedificationem, non destructionem faciat, „agnoscatur. Nunc igitur ostendimus, nihil in hoc iuramento tam „aperte iniustum aut illicitum contineri, quin ei commoda aliqua „interpretatione succurri possit. Iam vero nemo est doctorum „virorum, qui non in eo consentiat, hanc esse rationem omnis „iuramenti generalis, vt non aliter obliget, nisi saluis, vt „aiunt, conditionibus generalibus, in quibus conditionibus „hae exceptiones intelliguntur. Imprimis in omni iuramen„to ius superioris excipitur: item, cum in genere aliquid iu-

 ratur

„ratur, semper intelligi debet, si honesta, licita, & moderata sint, „quae iuramento continentur, & secundum intentionem illam, se„cundum quam ordinator iuramenti obligari voluerit & rationabili„ter debuerit, ita enim Scholastici & Canonistae loquuntur. Item „Iuramenta secundum intentionem praestantis, non etiam recipientis „a Deo iudicari, & plura huiusmodi, quae a iuris vtriusque peritis „adferri possunt, quae cum diuino verbo contraria non sunt, & „aequitate summa nituntur, non aspernanda videntur. Itaque quam„vis in singulis huius iuramenti partibus, quae in diuersas sententias „trahi possent, tacita intentio & exceptio iuramentum praestantis, „qui ea omnia ad aequiorem & meliorem partem trahat, coram „DEO sufficere videatur, tamen in hoc tanto & tam periculoso ne„gocio maiorem adhuc cautionem & diligentiam adhibendam exi„stimo, cum conscientiae consulendae, tum scandali euitandi caussa, „nempe, vt si omnino hoc iuramentum qua forma in Decretalium „libris positum est, (Lib. 2. Tit. De iureiurand. cap. Ego N.) prae„standum sit, ante, coram Notario & testibus viris aliquot graui„bus protestatio fiat, non quidem in genere tantum, sed de singulis „quoque partibus, in quibus ambiguitas inesse, & in deteriorem „partem torqueri possint, hoc vel simili modo. Quod promitto, fi„delem me fore S. Petro, non ita intelligi volo, quod numen aliquod „B. Petro, aut inspectionem cordium illi tribuam: sed quod doctri„nam & fidem, qua is Romanam Ecclesiam constituisse creditur, fi„deliter obseruaturum me promittam. Item, quod iuro, me fide„lem fore S. Rom. Ecclesiae, & domino Papae eiusque successori„bus &c. sic intelligi volo, quatenus illa Ecclesia in fide, ob quam „Paulus eam tantopere commendat perstiterit. Papae vero ipsi, qua„tenus & ipse eam fidem retinuerit, & verbo Dei congruentia prae„ceperit. Item, per Papatum Romanae Ecclesiae, nihil aliud intel„ligo, quam primatum illum & praerogatiuam Ecclesiasticam, qua „inter Episcopos ordinis & politiae caussa primas obtinuit, eaque

aliquando

„ aliquando ad vtilitatem Ecclesiae feliciter est vsus: Nullo autem „ modo me potestatem agnoscere siue illa humano, siue diuino iure „ arrogetur, quae ad Ecclesiae destructionem pertineat. De regulis „ sanctorum Patrum defendendis ac retinendis, idem quoque intelli-„ go, quatenus scilicet aedificationi Ecclesiae seruiunt, & diuinis „ mandatis non aduersantur. Nec abs re futurum puto, si & gene-„ ralis quaedam protestatio siue exceptio fiat coram eo, qui iuramen-„ tum excepturus est, in hanc sententiam: Mei instituti non est, vt „ hoc iuramento plus obligari velim, quam ad ea, quae licita sunt & „ honesta, & salua conscientia praestari possint & debent. Haec „ autem de eo iuramento dicta sint, quod Decretalium libro conti-„ netur, non autem si alia quaedam capita specialia addantur, vt „ verbi gratia, Promitto me per omnia & in omnibus eam fidem re-„ tenturum, quam hodie Roman. Ecclesia, & in ea Pontifex Paulus „ IV. profitetur. Item, promitto me haereticos, praesertim Luthe-„ ranos appellatos persecuturum, omnesque eos pro haereticis & „ schismaticis habiturum, quos pro talibus hodie Rom. Ecclesia „ damnauit, &c. Haec capita cum specialia sint, huiusmodi inter-„ pretationes & cautiones non admittunt, & tale iuramentum peni-„ tus est detractandum. Hac igitur cautione & moderatione adhi-„ bita, tutius fortasse hoc sacramentum iurisiurandi praestari poterit, „ modo ea accedant, quae supra indicauimus: primum, si nulla „ alia via & ratio inueniri possit in suscepto munere persistendi, nisi „ huiusmodi plane iuramentum praestetur, alioqui tutissimum fuerit „ omnino hoc iuramentum, quod prorsus periculo non caret, decli-„ nare, aut certe tale dare iuramentum, quod mitiore & tolerabilio-„ re forma concipiatur. Deinde in hac iuramenti praestatione spe-„ ctandum est, si via per hoc aperiatur, liberam & piam Ecclesiae „ reformationem facilius instituendi, ita, vt hoc iuramento praestito, „ officio, quod Pontifici debeas, satisfactum putes, & iam auctoritas „ aliqua & robur per id tibi accedat, vt in reformatione instituenda

G 3 Ponti-

256

„Pontificia auctoritas non tantopere fit metuenda, si eam ad pium „institutum impediendum conuertat, alioqui est compertissimum, „nullam tam moderatam & prudentem reformationem institui posse, „quam Rom. Pontifex sit approbaturus. Item videndum, si hoc iu-„ramento praestito omnibus aliis difficultatibus, quae hoc institutum „remorari possunt, occasio praescindatur. Summa haec est, videri „mihi ita demum hanc receptam iurandi consuetudinem, quamuis „iniquam & duram, seruari posse, si ingentis alicuius mali metus „impellat, & insignis alicuius vtilitatis spes inuitet. Habes, Amplis-„sime domine, quid de hoc negotio, post diligentem cogitationem, „& inquisitionem nobis videatur, quamuis initio in contrariam sen-„tentiam propendebam, quod tum omnes huius negocii conditiones „& qualitates non ita exacte expenderam non satis: quamuis non „dubitem, non omnibus satisfactum, imo vt ingenue fatear, nec „mihi per omnia satisfeci: certe nulla vnquam res plus laboris & „fastidii mihi attulit. Accessit ad difficultatem, quod argumenti hu-„ius explicatio, non tam sacrarum rerum cognitionem, in qua pa-„rum valemus, sed iuris etiam scientiam, in qua nihil propemodum „intelligimus, requirebat. Praestitimus tamen, quod Deo adiuuante „potuimus, & si quid peccatum est, id difficultati rei, & nimio „fortassis promouendae Ecclesiae & conseruandae Pacis studio impu-„tetur. Quare ea, quae dixi, non pro certa & indubitata sententia, „sed pro deliberatione & probabili ex re praesenti cousilio haberi „cupio. Res sane perplexa est, de qua temere iudicare, periculi „plenum sit: nobis satis fuit rationem aliquam ostendisse, qua fieri „posse putemus, vt impietatis periculum euitetur, & conscientiae vt-„cunque consulatur, hoc est, vt nihil diuino mandato contrarium „admittatur. Nolim etiam vt A. T. temere acquiescat, sed rem di-„ligenter expendat, & Deum nobiscum imprimis roget, vt viam „aperiat, & rationem commonstret, qua & conscientiae consulatur, „& officium non praetermittatur. Deus A. T. Ecclesiae & Reipu-

blicae

„blicae incolumen conseruet. Quod Epistola haec rudius & deformius scripta sit, condonare A. T. debet. Nam cum amanuensi careamus, eodem, & pro famulo & exceptore vti necessum fuit, qui cum adhuc pene puer sit, & latine non plane calleat, tarde & deprauatius scribit. E Colonia Agrippinensi, postridie Ceciliae mane.

T. A. addictiss.

GEOR. CASS.

Non acquieuit Electus, sed rem diligenter expendens has iterum ad Cassandrum dedit:

Doctiss. simul & pio Georgio Cassandro amico optimo.

„Quam sit res periculi plena, praestare iuramentum Romano Pontifici, quod habetur in ea: Ego N. de Iuram. ex posterioribus tuis ad me literis intellexi. Cum igitur in hac formula tot reperiantur difficultates, vt vix etiam ratio inueniri possit, qua *salva conscientia* praestetur, & ea consuetudo iurandi, quae hodie obseruatur, & ab Episcopis exigitur, longe lateque ab illa differat, ita vt non solum praerogatiua Primatus Ipsius Pontificis in Ecclesia, quam illi libenter concedo, verum etiam Papistica tyrannis hoc iuramento stabiliatur, & omnis libertas Christiana adimatur, nec non quasi expressis verbis obstringamur, vt iniquissimas quasque Pontificias Constitutiones exacte obseruemus, & ipsius rebelles, in quorum numero multi pii & boni viri reperiuntur, persequamur, vt latius ex tenore iuramenti, quod hisce inclusum reperies, perpendere licet, non video, an aliquis nomine Sanctiss. hoc iuramentum merito exigere, multo minus vt pius quispiam illud (praesertim si de omni-

237

„ de omnibus hisce illicitis primum eductus fuerit) absque ſcandalo „& graui DEI offenſione, iurare posſit. Deus enim non irridetur, „& quicunque illum non confeſſus fuerit coram hominibus, hunc quo- „que negabit coram Patre, qui eſt in coelis. Fateor quidem nihil „non faciundum, quo honos Dei propagetur, & vt vnusquisque vo- „cationi ſuae, quantum in ſe eſt, ſatisfaciat: praeſertim ſi ingens „aliquis metus futuri mali euitari posſit, aut ſpes non dubia inſignis „alicuius vtilitatis prae manibus ſit. At eiuscemodi malum in caſu „noſtro non puto imaginandum, neque talem ſpem, qua & Eccle- „ſiae & Reipublicae in hisce extremis temporibus conſuleretur, prae- „ſtatione huius iuramenti propoſitam eſſe puto. Et ſi maxime tale „quippiam expectandum eſſet, non tamen eſſent facienda mala, vt „euenirent bona. Verum cum ego indoctior ſim, quam vt ſolide „quidquam de hisce aut ſimilibus iudicare posſim, cupio, vt tu, (vbi „per otium & valetudinem licuerit) ſingula huius iuramenti verba „diligenter examinare atque excutere velis, & quod de illis tuum ſit „iudicium mihi impertiri non graueris. Neque te moueat, quid Ca- „noniſtae aut alii Papiſticorum abuſuum fautores ad excuſationem „huius iuramenti conſcripſerint: verum quid verbo DEI conſen- „tiat, nec ne perpende. Ceterum quod ſpecimen reformationis iam „dudum concepiſti, auditu pergratum fuit, & quanquam deſiderio il- „lius tenear videndi: tamen cum ego nihil hoc in negotio de meo „posſim addere vel detrahere, rogo, vt ſuſceptum negotium, quam „primum fieri poterit, exacte quantum Deus gratiae dederit, perfi- „cere, atque operi antequam ad me transmittatur, extremam appo- „nere manum velis. Tum ſi quid intellexero, cuius te meminiſſe „oportuit, libenter indicabo. Vale, Ahus 16. Decembr. An. 1556.

GVILIELM. Electus
Monaſterienſis

Iura-

Iuramenti Formula, cum ea, quam §. XXV. exhibui fere concordat.

RESPONSIO CASSANDRI.

Reuerendo & illustr. D. D. Guilielmo Electo Monasteriensi Episcopo.

„Accepi literas A. T. in quibus plenam iuramenti Pontifici „Romano praestandi formam transmittis, & vt diligentius singulas „eius partes expendam, ac deinde sententiam meam transscribam „petis. Ego vero re considerata nihil inuenio, quod amplius dicam, „quam superioribus literis exposui. Agnosco sane eam esse in me „ingenii & iudicii tenuitatem, quae huic negotio explicando par mi„nime sit. Quare ipse alios eruditiores & acutiores audire, quam te„mere meam sententiam proferre malim. Respondebo tamen pau„cis literis A. T. Quod itaque ad diuinas literas attinet, quarum „tu auctoritatem, vt par est, imprimis requiris, certe de hoc nego„tio in iis nihil speciatim traditur. Sufficere illud videtur, quod „Euangelii professio politicos actus, quibus humana societas conti„netur, non prohibet, modo nihil diuinae & naturali legi contrarium „admittatur. Itaque ad hanc societatem tuendam quaedam homini „pacis studioso subeunda sunt, per se iniquiora, id est, duriora & „grauiora, vt maiora mala euitentur, vel maiora bona obtineantur. „Neque ob id Pauli regula violatur, non sunt facienda mala, vt eue„niant bona, nam ea regula de iis malis intelligi debet, quae vere „mala, id est, diuina & naturali lege prohibita sunt, quale adhuc „nihil simpliciter in hoc iuramento deprehendo. Quare mea qui„dem sententia, quam tamen, non vt definitionem, sed vt consul„tationem haberi velle me dixi, non video, cur hoc iuramentum, vt

258

„ per se & simpliciter impium, reiici & detrectari debeat, modo, vt „ ante quoque exposui, ex eo praestito ingens aliqua expectetur vti„ litas, quae praetermissione iuramenti, aut impediatur, aut omni„ no tollatur: praesertim adhibitis his conditionibus & interpretatio„ nibus, quas vnanimis omnium piorum & prudentum hominum „ consensus in huiusmodi iuramentis adhibendas esse tradit: non obli„ gari videlicet quemquam iuramento, nisi ad honesta, possibilia, „ moderata: item non amplius quam voluerit aut rationabiliter velle „ debuerit obligare ordinator iuramenti. Itaque existimo in hoc iu„ ramento animo contemplandum esse Pontificem Romanum virum „ bonum & pietatis studiosum, qui omnem hanc potestatem huma„ nis constitutionibus, consuetudine longa & consensu diuturno sibi „ permissam ad vtilitatem Ecclesiae referre studeat, & in iudicandis „ rebus religionis, regulam diuinarum literarum sibi proponat. Nam „ hic decreta, ordinationes, sententias, dispositiones, reseruationes „ &c. ad aequitatem diuinae legis exiget, & non alio quam ad vtili„ tatem Ecclesiae referet, haereticos & schismaticos non aliter quam „ ex diuini verbi regula iudicabit, neque alios sibi rebelles ducet, „ quam qui recte & pie monenti obtemperare recusent, neque alio „ modo persequi eos & oppugnare volet, quam armis spiritualibus „ ad hoc a Christo concessis. Quis tali Pontifici iurisiurandi sacra„ mentum praestare detrectet? At dicat aliquis, da mihi talem Pon„ tificem, et ego incunctanter ei tale iuramentum praestabo: Audio, „ verum iam supra diximus, omnes pios & prudentes viros in eo con„ venire, vt in officio, quod sine peccato fieri potest superioribus ex„ hibendo, non tam spectare debeamus quales sint, sed quales ex „ officio esse debeant, & mentem iurisiurandi non ex voluntate qua„ cunque & intentione eius, qui vel instituit vel exigit iuramentum, „ sed ea tantum voluntate & intentione, quae rationi & aequitati at„ que adeo diuinae voluntati consentiat: id est, vt vulgari more lo„ quamur, non tam spectandum esse quid velit, quam quid rationa-

biliter

„biliter velle debuerit. Itaque si eo modo res se habeat, vt ex prae-
„statione eius iuramenti magnum bonum; ex praetermissione ingens
„aliquod malum expectetur, causam non video, cur necessario vita-
„ri debeat, modo huiusmodi quam dixi intentionem afferas, eam-
„que protestatione facta declares, & ad eam exequendam animo
„comparatus & confirmatus sis. Habebit enim speciem quamdam
„iuramenti coacti: id est, metu extorti, eo inquam metu, qui in
„constantem virum cadat, quem non absurde definiunt, dum quis
„metu maioris mali fugiendi eligit minus malum. Si autem ex hu-
„iusmodi iuramento, quod tot exceptionum, interpretationum, &
„protestationum subsidiis opus habet, non expectatur insignis vtili-
„tas, quin contra potius metuendum sit, ne eo praestito magis illa-
„queeris, & intriceris, & ab exequendo officio, quod Deo & Ec-
„clesiae debeas, magis retarderis & abstraharis, tum sane nullo mo-
„do tam periculosum negocium suscipiendum esse putem, ne Domi-
„num Deum tentare videaris, dum te incaute periculo, quod eui-
„tare possis, subiicias. Erit enim iuramentum incautum & mani-
„feste periculosum: At qui, vt sapientis sententia dici solet, amat
„periculum, peribit in illo. Tunc autem vel maxime abstinendum
„erit, si conscientia tali iuramento aduersetur, & mens sibi ipsa non
„satisfaciat. Qui enim aliquid facit, quod dubitet, aequumne sit
„an iniquum, damnandus est. Nam id cum fide seu fiducia fieri ne-
„quit. Porro quod cum fide, seu fiducia non fit, peccatum esse
„Apostolus testificatur. Haec habui Ampliss. Domine, quae ad has-
„ce tuas literas responderem, tu pro tua humanitate studium & vo-
„luntatem nostram boni consules. E Colonia Agrippinensi, pridie
„Epiphaniae.

T. A. addictiss.

GEOR. CASS.

At enim vero, cum talis Protestatio, qualem praescripserat Cassander, per rationes Hierarchiae

Pontificiae nullo modo admitti posset, reseruationesque ceterae Electi conscientiae graues essent, delatam Electione dignitatem Episcopalem resignavit. Aliud consilium *Gebhardo Truchsessio Archi-Episcopo Coloniensi* erat, qui grauiter de iniquitate horum Iuramentorum conquestus, 1.) liberare se ab hoc vinculo, retinere tamen simul opimum Praesulatum voluit, non tamen ob alias notas satis *Reseruati Ecclesiastici* caussas, potuit.

1.) Passim in publico libello, quem *Ausschreiben und gründlichen warhafften Bericht* inscripsit, atque 1583. 4. edidit, quo plagula *F. 3.* acrioribus verbis inter alia optat: *Letzlich auch die vom Papst eine Zeither, in viel Wege zu Erhaltung seines Primats und Tyranney*, geschaerffte beschwerliche und gottlose den Stifften aufgedrungene Iuramenta, *wieder abgeschafft und die von dem Baepstlichen Hauffen aller Chur-Fürstlichen, Graefflichen, auch Herren und Adlichen Geschlechtern von den hohen Ertz- und andern Stifftern vorgenommene Ausschliessung, mit gutem Vorbedacht, erlaubter weis abgewend, moege werden.* Addantur Defensorum Gebhardi, *Ioannis* nimirum *Casimiri* Comitis Palatini Rheni *Ausschreiben* in hac caussa 1583. 4. propositum, & Georgen von Seyn Grafens zu Wittgenstein Thum-Probsten zu Coelln & Collegarum Canonicorum Protestantium Capituli Cathedralis Argentoratensis, *Ausschreiben und gründlicher warhaffter bestaendiger Bericht*. 1583. 4. quibus passim grauissima damna indicantur, quae ex his Pontifici praestitis Iuramentis Germania atque Nobilitas Superior Inferiorque habeant.

§. XXXI.

Grauamina Statuum Euangelicor. aduersus haec [Iur]amenta.

Querimonias quoque de hoc Iuramento publice grauiterque non vno tempore & loco, tristi euentu fecerunt, Electores, Principes Statusque Euange-

Euangelicae veritatis Confessores & Defensores. Cumprimis ad *Concilium* a Pontificibus Romanis Carolo V. & Ferdinando I. A. A. subinde indictum, saepius ab Impp. & Pontificibus solemniter inuitati, tanquam minus vere *liberum*, nisi prius *talia illicita, impia Iuramenta publice relaxentur, ex animo contemnantur ac prorsus aboleantur, pluresque boni, docti & pii viri, huiusmodi iuramentis non contaminati & infecti ad iudicandum admittantur*, 1.) optimo iure, circa salutaris Reformationis tempora, recusarunt. Inde variis in Comitiis ac ceteris Conuentibus, Ecclesiarum Germaniae & Capitulorum Libertates talibus Sacramentis vniuersae Reipublicae exitiosis restringi 2.) atque ea immutari subinde & augeri in praeiudicium Nobilitatis Germanicae, cui aditus ad Cathedralia Capitula patet, aegre admodum tulerunt emendationemque postularunt.

1.) Verbis potissimum scribo B. MARTINI LVTHERI, scriptionis iam supra excitatae: *Cur & quomodo Christianum Concilium debeat esse liberum*, *Tomo IV. Ienensi Latino* f. 592. qua, simplices homines, qui ex Concilio Pontificio, Ecclesiae reformandae magnam spem conceperint, falli maxime scribit ea de caussa: *Quia omnes vbique Iuris & Theologiae Doctores, item Notarii, Abbates, Generales Vicarii, ministri & Magistri Ordinum,* EPISCOPI, ARCHI-EPISCOPI, *Primates, Patriarchae & Cardinales omnes, vsque adeo Romano Pontifici addicti, & in obedientiam & seruitutem illicitis iuramentis horrendissimis ac palam impiis adacti & constricti tenentur, vt sperandum non sit; quenquam ex eis pro Christi gloria, Euangelii veritate, Ecclesiae puritate ac animarum salute strenue laboraturum, idque propter infinita pericula, quae illis imminent, si vel suspicione aliqua,* CONTEMTI AVT NEGLECTI IVRAMENTI *aspergerentur.*

tur. Quod inde explicatius, licet stilo paulo acriori, confirmat. Eiusdem cum pio doctore sententiae fuere Euangelicae veritatis Confessores, ad Concilium Mantuanum eodem a. 1537. quo excitata scripserat Lutherus inuitati, in scripto publico, cuius Titulus: *Ursachen, so die Chur- und Fürsten, &c. auch Staende und Staedte warum sie Bapst Pauli III. ausgeschrieben Concilium gegen Mantua angesetzet, billig verdechtig, auch zu gemeiner Christlicher Einigkeit nicht dienstlich achten und halten,* apud HORTLEDERUM *Ursachen des Teutschen Kriegs Tom. I. p. 104. 108. n. 18.* vbi: *Deshalben haben wir dieses ausgeschrieben Concilium billig verdaechtig, dieweil sich der Bapst im Ausschreiben ganz nichts vom Process vernehmen lest, und sich nicht erbeut, diesen allerwichtigsten Handel, vor unverdechtigen, unpartheyischen zur Verhoer kommen zulassen, sondern fordert zu solchen Concilio mit klaren ausgedruckten Worten allein die seinen* VND DIE IHN MIT SCHRECKLICHEN EYDEN *und Verfluchung verpflicht sind. Daraus leichtlich abzunehmen, was er für Process gedenkt zu halten, und daß er, ob er gleich Part ist, in seiner eignen Sach wil Richter seyn.*

2.) veluti in *Comitiis Augustanis* Anni 1582. quibus Euangelici Status inter alia Grauamina, proposuerunt: *Daß die vom Adel sich beschwerten, daß von dem Pabst, nach aufgerichteten Religions-Frieden,* SOLCHE HEFFTIGE VND FEHRLICHE EYD *in die hohe Stifft eingeschoben, vnd den Geistlichen Personen aufgetrungen würden, die nicht allein dem Religions-Frieden ungemaeß, sondern auch der Stiffte und Teutsch-Landes wohlhergebrachter Freyheit gaentzlich zuwieder, dardurch dem Pabst aller Gehorsam, und die Stiffts-Personen ausserhalb Teutsches Landes gegen Rom zu ziehen und noch viel ein mehrers, einen und den andern seines Gefallens auf und abzusetzen, und sich also auch der Güter und Reichs-Lehn anzumassen, eingeraumet würde, welches vor alten Zeiten dem Stuhl zu Rom von den Teutschen Ertz- und andern Bischoffen nie verstattet worden, und gefaehrliche Suiten nach sich ziehen koenten,* apud CHRISTOPHORUM LEHMANNUM *Actorum Publicorum de Pace Religionis Lib. II. Cap. XLVIII. p. 191.* atque in illustris Viri BURCARDI GOTTHELFFII STRUVII *Ausführ-*

Ausführlichen Historie der Religions-Beschwerden Tom. I. p. 342. Quae de immutatis auctisque Episcopalibus & Sociorum Ordinum Equestrium Religiosorum Iuramentis quaerelae saepius repetitae, refert curate laudata nervosa *Historia Struviana Tom. I. p. 356. 366. 374.* Excitauerat forte Confessores Principes ac Status LVTHERVS Libello *an den Christlichen Adel Teutscher Nation von des Christlichen Standes Besserung Tomo I. Altenburg. p. 693.* vbi: *Zum Achten, daß* DIE SCHWEREN GREVLICHEN EYDE AVFFGEHABEN *würden, so die Bischoffen den Bapst zuthun gezwungen, ohn alles Recht, damit sie gleichwie die Knechte gefangen werden, wie das vntüchtige vngelahrte Capitul* Significasti, (vide supra §. XXIV.) *von eigener Gewalt und grossen Vnverstand setzet. Ists nicht gnug, daß sie uns Guth, Leib und Seel beschweren, mit vielen ihren tollen Gesetzen, dadurch den Glauben geschwecht, die Christenheit verderbet, sie nehmen denn auch gefangen die Person, ihr Ampt und Werck, dazu auch die Investitur, die vor Zeiten der Teutschen Kayser gewesen.* Et paucis interiectis: *Dieweil denn diß Stuck eitel Gewalt und zu Schaden der armen Seelen, ist* DER KAYSER MIT SEINEM ADEL SCHVLDIG, *solche Tyranney zu wehren und zu straffen.*

§. XXXII.

V. Iuramentum Episcoporum G. Fidelitatis & Vasalliticum Aug. Imperatori & Imperio praestandum.

Necessarium magis & legitimum maxime est *Fidelitatis* & *Vasalliticum* illud *Sacramentum*, quod AVGVSTISSIMO IMPERATORI Germaniae Regi & Imperio faciunt inter solemnia Inuestiturae tot Imperii bonis, iuribus, officiis ornati G. Archi- & Episcopi. Quod optimo constantissimoque iure apud omnes Europae gentes Princeps exegit, Antistites iurarunt, quum vnum ex fundamentis ac fulcris habitum sit Rerum publicarum, atque iudice doctissimo Ecclesiasticae Galliarum Libertatis assertore STEPHANO BALVZIO: 1.) *multum intersit Principum, vt in ciuitatibus Imperio eorum subiectis tales in-*

les in-

les instituantur Episcopi, qui populos verbo & exemplo doceant, iura Maiestatis non esse violanda; ipsique olim Occidentalium Episcoporum ob vrbis praerogativam primicerii Romani Praesules, 2.) translato ad Francos & Germanos Imperio Romano, ante ordinationem & consecrationem suam, *supra corpus B. Petri, vel ad Sancta Dei Euangelia*, Augustis Imperatoribus Dominis suis ac Protectoribus fidei & subiectionis solemnes sponsiones fecerint. De Italiae autem, Hispaniae, Franciae Occidentalis, Angliae Episcoporum Iuramentis 3.) magno numero Scriptores, Conciliorumque Acta testantur.

1.) *Notis* electissimae eruditionis ad AGOBARDVM, *p. 122.*

2.) Copiosa exempla ex monimentis Francicis collegit, quem iam laudaui BALVZIVS *l. c.* qui antiqui candoris vir ita argumentum finit: *Paulatim dein intrauit in Ecclesiam regnum & qui per multum aeui fuerant subiecti Principibus, eis postea illuserunt, calcantes etiam pedibus colla Dominorum. Rerum humanarum euripum!* Addatur omnino summe venerabilis CYPRIANVS laudatissimi Operis *der überzeugenden Belehrung vom Vrsprung vnd Wachsthum des Pabsthums Cap. XI. §. II. p. 311. seq.* atque in primis illustris Vir NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS eruditissima obseruatione de *Iuramento Clericorum, Gundlingianorum P. IV. §. XIII. p. 297. seqq.*

3.) Notitiam aliquam de Iuramento Fidelitatis Episcoporum *Italiae* exquire apud RADEVICVM *L. II. de gestis Friderici Imp. C. XXX. XXXI; Hispaniae* CONCILIVM *Toletanum* X. de An. C. 656. Cap. II. apud HARDVINVM *Tom. III. Franciae Occidentalis* Archi- & Episcoporum aliquot Sacramentorum Formulae memorabiles sane occurrunt, generalis Professio Episcoporum An. 873. in Placito generali apud Gundulfi villam comparet inter *Scriptores Annalium & Historiae Francorum* P. PITHOEI *p. m. 509. Hincmari* Archi-Episcopi *Remensis* inter Acta CONCILII *Duziacensis I.* apud HARDVINVM *Tom. V. p. 1233. D. E.* & *Hincmari* Archi-

Archi-Episcopi *Remensis* inter Acta CONCILII *Pontigonensis* apud EVNDEM *Tom V. Part. I. p. 177. VIII. D. Angliae*, Paschalis II. P. R. Epistola ad *Anselmum* Cantuariensem Archi-Episcopum in Conciliis HARDVINI *Tom. VI. Parte II. p. 1787. C.* & cumprimis memoranda controuersia inter eosdem Paschalem ac Anselmum & Henricum Angliae Regem, quam ex optimis scriptoribus exposuit FRANCISCVS IVRETVS vir doctissimus, Obseruationibus ad IVONIS Episcopi Carnotensis Epistolas *p. 707. seq. Edit. Parisinae d. a. 1610. 8.* Addantur GVNDLINGIANA *Parte IV. §. XVII. p. 301.*

§. XXXIII.

Ex quo autem Romae Episcopi a capite suo, legitimam Imperatorum Italiae Dominorum potestatem summouerunt, facere amplius fidei obligationem, vario colore, non ipsi solum neglexere, sed a ceteris quoque Praesulibus, quos fere deuinctos tenebant, *volebant nullum fieri Principi seculari, seu laico Hominium ac Iusiurandum Fidelitatis in inuestitura, quantumuis secularis Beneficii*, 1.) idque occasione motae de Inuestitura muneris Ecclesiastici controversiae, perficere tentarunt. Gregorius VII. qui Monarchiam Papalem ad fastigium euexit scripta Epistola decretali 2.) expresse id voluit: *Vt Clericus A LAICO nunquam iustificetur, nec pro TERRA* (Feudo) *nec pro aliis rebus*, (Juribus Regalibus) *quas ab illo tenet, nec sibi Hominatum faciat, sed omnino quae ab eo tenet, sibi antequam ullam patiatur iniuriam, dimittat.* (Cuius tamen theologiae Pontificiae vltima pars Episcopis amplissimorum Territoriorum possessoribus minime fuit ad palatum.) *Sin autem, gradum suum perdat.* Secuti Gregorium Pontifices *Vrbanus* oppugnatur a Pontificibus Romanis.

 II. 3.)

262

II. 3.) ac *Paschalis II.* strenue quod ille inchoauerat, perfecere, nam alter in Concilio Lateranensi interdixit: *ne quisquam omnino Clericus Hominium Laico faciat.* Quae decreta, cum seruare non possent Episcopi, plurimique illorum summam faciendorum Sacramentorum aequitatem agnoscerent, 4.) Imperatores, Reges, Principes, cessis inuestiturae per Annulum & Baculum iuribus, quae aduersus conspirantem per omnem fere orbem Clerum, tueri non poterant, exactionem *Homagii & Iuramenti fidelitatis* mascule defenderent, Romae Episcopi, tandem Imperantibus sua in Episcopos Territoriorum & Iurium secularium possessores, Iura, salua relinquere fuere coacti, vti, iam alia Regna omittens, in Germania nostra contigit, initis *Henricum* V. Aug. inter & *Paschalem II.* A. 1122. solemnibus pactis, quibus Pontifex, datis Reuersalibus 5.) Imperatori concessit: *Electus autem Regalia (Weltlichkeit, Regalien, Obrigkeit, Iurisdiction, Chur und Fürstliche Würden) per Sceptrum a Te recipiat, exceptis omnibus, quae ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur, & quae ex his iure tibi debet faciat. Ex aliis vero partibus Imperii consecratus infra sex menses Regalia per Sceptrum a te recipiat.*

asseritur ab Augustis

1.) Verbis scribo laudati iam IVRETI *Obseruationibus* ad *Iuonis* Carnotensis *Epist.* CXC. quae huc omnino pertinent, nam argumentum hoc eruditissime tractauit, & quae hinc inde conquisiueram, vti video iam occupauit.

2.) Ex Codice antiquo MSCto Thuani haec verba descripsit IVRETVS c. l. p. 707. Inter Epistolas Gregorii VII. quae *Tomo VI. P. I.* Conciliorum HARDVINI extant, talem exquirere non potui. Conf. PI DE MARCA de *Concord. Sacerd. & Imp.*

& Imp. L. VI. Cap. VII. §. VII. VIII.

3.) Is certe veras reticuit caussas, singularem aperuit, ROGERIVS HOVEDENVS *Annalium Parte I. an. 1099.* in Collectione Scriptorum Rer. Anglican. HEN. SAVILE.

4.) Circa ea tempora quo feruebat inter Imperium & Sacerdotium haec controuersia, id agnouit WALTRAMVS Episcopus Numburgensis, bonae caussae cordatus defensor, *Libello de Inuestitura Episcoporum per Imperatores facienda* in SCHARDII *Collectione de Iurisdictione Imperiali & potestate Ecclesiastica f. 711. seq.* & alii de quibus IVRETVS c. l. *f. 710.* Audiatur quoque Archi-Episcopus Treuirensis princeps Legatorum Henrici V. Imp. oratione habita ad Paschalem II. Iura Imperii inuadentem, apud SVGERIVM *Vita Ludouici Grosi* inter FRAN. DV CHESNE SCRIPTORES *Rerum Francicar. T. IV. p. 289.* his verbis caussam iustissimam orans: *Temporibus Antecessorum nostrorum sanctorum & Apostolicorum virorum magni Gregorii & aliorum hoc ad* IVS *Imperii pertinere dignoscitur, vt omni electione hic ordo seruetur, antequam electio in palam proferatur, ad aures Domini Imperatoris perferre & si personam deceat assensum ab eo, ante factam electionem assumere. Deinde in conuentu secundum Canones, petitione populi, electione cleri, assensu honoratoris proferre consecratum libere nec simoniace ad dominum Imperatorem pro* REGALIBVS, *vt annulo & virga inuestiatur, redire,* FIDELITATEM ET HOMINIVM FACERE. *Nec* MIRVM. *Ciuitates etenim & castella, Marchias, Telonea & quaeque Imperatoriae dignitatis nullo modo aliter debere occupare.* Responsio Pontificis quae sequitur parum est apta.

5.) Transactionem hanc momentosam plures exhibent veteres & recentiores Scriptores, euolve modo SCHILTERVM *Institutionum Iuris Publici Tom. II. Tit. XIII. p. 102. seq.*

§. XXXIV.

Virtute huius Transactionis de Regalibus, *(der Erz- und Stiffte Weltlichkeit, Regalien, Obrigkeit, Iurisdiction, Chur- und Fürstlichen Würden)* inuestiendi per Exempla praestiti huius Sacramenti.

 Sceptrum

263

Sceptrum Episcopi G. consueta *Fidei* & *Subiectionis* Sacramenta iurarunt Augustis, quorum exemplorum plena est Historia Imperii, plenae Episcoporum vitae. Ex multis pauca dabimus. Sic *Lotharius II.* Henrici V. successor etiam ante Confirmationem a Pontifice factam & per Annulum ac Baculum Inuestituram, in *Germania, Norbertum* 1.) sanctis postea adscriptum, Archi-Praesulem Magdeburgensem, accepto prius Sacramento, & in Italia *Guibaldum* Casinensem Abbatem, 2.) per Sceptrum inuestiuit, ipse tamen magnam de Principum Ecclesiasticorum virtute fiduciam habens, 3.) *Fidelitatis Iuramento* contentus, *Homagium* quod exigere poterat, libera voluntate & gratia, sine fraude tamen Successorum remisit. Quas Augusti Iuris reliquias contra Pontificum & Praesulum machinas tutatus aeterna memoria dignus Fridericus I. prudenter decernens: 4.) neminem ante consecrandum, quam a manu Regis Regalia per Sceptrum suscepisset, ac fidem rite obligasset.

1.) CHRONICON *Magdeburgense* apud MEIBOMIVM *Tom. II. Script. R. G. p. 326.* (Magdeburgenses) *communicato Regis consilio* -- Norbertum -- *elegerunt. Qui mox cum* SACRAMENTO REGI DEBITO *Regalibus ab eo per Sceptrum inuestitus,*

2.) PETRVS DIACONVS *Chronici Casinensis Lib. IV. c. CXXIV. p. m. 569. 570.* (Imperator) ad Guibaldum: FIDELITATEM *a Vobis de Casinensi Abbatia ideo non accipimus, quia dudum nobis de Stabulensi Coenobio* FIDELITATEM *dedisti. Nolo vt Successores tui te trahant in* EXEMPLVM, *&* *dicant se successoribus meis de Casinensi Coenobio ideo non facturos fidelitatem, quia a te nostri imperii Maiestas non exegit, sed consuetudinariam fidelitatem*

litatem, quam a temporibus Caroli & deinceps, Abbates de Abbatia Casinensi fecerunt, facere studeant.

3.) AVCTOR *Narrationis de Electione Lotharii* in R. P. PEZII Scriptoribus Rer. Austr. p. 579. *Lotharius ab Episcopis vniuersis scilicet XXIV. qui tunc aderant & Abbatibus quamplurimis pro imperii reuerentia, pro confirmanda regni ac sacerdotii vnanimi concordia & pace perpetua* FIDELITATEM *non indebitam de more suscepit, a nullo tamen spiritualium, vt* MORIS *erat,* HOMINIVM *vel accepit, vel coegit.*

4.) Prouidentiam Augusti in Electione *Magdeburgensi* memoriae commendauit OTTO *Frisingensis de Gestis Friderici I. Lib. II. Cap. VI.* vbi narrationem suam finit: *nec electum aliquem consecrandum, quam ab ipsius manu regalia per Sceptrum suscipiat.* Adde RADEVICVM *de Gestis Friderici I. Lib. II. c. XXX.*

§. XXXV.

Saluum itaque mansit Augustis nostris ac Imperio Ius exigendi *Vasallagium* & *Homagium* 1.) a Praesulibus Germanis, Regni Statibus ab antiquis temporibus & Augustorum aliorumque liberalitate amplissimarum Prouinciarum & Iurium possessoribus, eminentissimisque Imperii Officiis ornatis, quod & intra annum & diem a die Electionis computandum, secundum Iuris Feudalis placita, & Imperii Ordinationes 2.) Inuestituram petentes, praestant, iisdem cum Secularibus Principibus fere Caeremoniis, 3.) postquam per *Sceptrum* infeudandi mos exoleuit, 4.) iisdemque cum aliis Vasallis formulis, *Reuerentiam*, *Fidem*, *Subiectionem*, & *Seruitia*, etiam armis facienda, iurato profitentes, qualem, vt ex multis vnicam 5.) adducam, in animam Eminentissimi *Damiani Hartardi* Archi-Episcopi Moguntini, Effectus & Formula.

 tanquam

244

tanquam, Episcopi *Wormatiensis* An. 1677. per Legatum *Carolum Henricum L. B. de Metternich* iurauit, his verbis: *Euch, dem Allerdurchleuchtigst-Großmaechtigst- und unüberwindlichsten Fürsten und Herrn, Herrn* LEOPOLDO, *Roemischen Kayser, meinem Allergnaedigsten Herrn, von wegen des Hochwürdigen Erz-Bischoffen und Herrn, Herrn Damian Hartards, Erz-Bischoffen zu Maynz, des Heil. Roemischen Reichs durch Germanien Erz-Canzlers und Chur-Fürstens, und in die Seele desselben gelobe und schwere ich auf das Heilige Euangelium, so ich hiemit leiblich berühre, und in Krafft und nach Innhalt des von Ihro Chur-Fürstlichen Gnaden empfangenen und zur Reichs-Hoff-Raths-Canzley übergebenen schrifftlichen Gewalts, daß ich der Regalien und Lehen wegen übers Hoch-Stifft Worms, welche mir ietzo verliehen werden, nun hinführo von dieser Stund an, Euer Kayserl. Maiestaet und des Heiligen Reichs Ehr, Nutzen und Frommen betrachten, und befoerdern, nach allen meinem Vermoegen, und ob ich irgend verstünde, daß ichtwas vorgenommen oder gehandelt würde, wieder Euer Kayserlichen Majest. Person, oder das heilige Reich, demselben will ich getreulich vor seyn, und Euer Kayserlichen Maiest. dessen ohne Verzug warnen, und sonst des Hochstiffts Worms und desselben Zugehoer wegen, alles das thun, was einem gehorsamen Chur-Fürsten, gegen Euer Kayserliche Majestaet, und dem heiligen Reich zu thun gebührt, von Recht und Gewohnheit wegen, getreulich ohne Arglist und Gefaehrde, als wahr mir und meinem gnaedigsten Chur-Fürsten GOtt helffe und das heilige Euangelium!*

1.) ITTERVS de *Feudis Imperii Cap. IV. §. IV. p. 255.*

2.) ORDINATIO REGIMENTI *Worm. d. 4. 1521. §. 4.* ORDINATIO *Iudicii Aulici Imp. Ferdinandi III. Tit. 3.*

3.) Ritus & Caeremonias Inuestiturarum recentiorum Seculorum hasque inter Principum aliquot Ecclesiasticorum, indicatis Actis Publicis conquisiuit & illustrauit perillustris Dominus a LVDEWIG eruditissimi in *A. B. Commentarii Tom. II. p. 1186. 1191. 1192.* Conferri merentur CASSANDRI THVCELII *Electa Iuris Publici Curiosa Tom. I. Cap. V. p. 234. seq.*

4.) Singulare omnino est, quod GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS V. C. *Annotationibus* ad SERARII *Vitam Theodorici* Archi-Episcopi Moguntini *Tomo I. Moguntiacarum Rerum p. 748. n. 2.* memorauit, *Sigismundum* nempe Imp. *Theodorico* per Legatos Inuestituram Regalium petenti, Terras & Iura ab Imperatoribus Moguntinis Archi-Praesulibus tribui solita, Posonii concessisse, simul autem voluisse, vt sibi Germaniam inuisuro apud Ratisbonam reuerenter occurrat praesensque Iureiurando interposito Clientis obsequia profiteatur; interim vero coram Treuirensi Fidelitatis dicat Sacramentum. Id enim *Legatos Heri nomine praestare nolebat,* his verbis in Assignationis formula mentem declarans: *Doch so, wann wir - - gen dutschen landen hinuff gen Regenspurg kommen, daz den der egenante Dieterich - - persoenlich zu uns komme, und solche sine Leben* MIT DEN BANYR *von uns entphangen,* VND DEN AID SELBS IN VNSER HAND *thun soll, als gewoehnlich ist.*

5.) Apud VFFENBACH *de Consilio Imp. Aul. Cap. XI. Sect. II. p. 114. 115. seq.* & THVCELIVM *l. c.*

§ XXXVI.

Expositis ita, grauissimorum Iuramentorum ab Episcopis G. Pontifici R. ab Imp. Aug. omnino faciendorum, origine, incrementis, indole ac formulis, subit mentem cogitatio: *Quodnam ex hisce Sacramentis, in eorundem ac obligationum inde oriundarum* In Collisione Iuramentorum Imp. & Pontifici praestitorum quodnam praeualeat?

rum Collisione, quae aperte se prodit ex formulis, ac perpetua Sacerdotii & Imperii contentione, *sanctius & antiquius habendum sit?* Qua in ardua maximique momenti quaestione potiora Iura Augustissimi Imperatoris atque Imperii esse puto & censeo. Licet enim Transactione inter Henricum V. & Calixtum II. concesso Inuestiturae Episcopalis iure, Pontificibus, qui a tempore Gregorii VII. id iam sumserant, tacite tributa esse videatur facultas obligandi sibi Iurisiurandi vinculo Episcopos in caussis negotiisque ad munus episcopale & personam ex parte pertinentibus, non tamen concessa ea potestas, tales petere & exigere obligationes sacramenti religione munitas, quae aduersae sunt saluti Germaniae, quae turbant quietem publicam, quales 1.) iam indicaui. Nunquam enim Augusti & Germaniae Proceres in eas Iuramentorum formulas consenserunt, quas tecte & callide subinde mutauit & auxit Curia Romana, quarum magna pars cumprimis ea, quae de Alienationibus Bonorum Ecclesiasticorum agit, fatentibus magni nominis Pontificii Iuris interpretibus, nunquam recepta 2.) fuit, qui simul agnoscunt 3.) Iuramenta contra Ius Publicum facta non valere. Iura illa, ad quae in hac caussa prouocant Pontifices in propria commoda callide sunt cogitata, sed non ab omnibus cumprimis in rebus salutis publicae agnita. Accedit, quod hisce Iuramentis in iis clausulis, quae Rei publicae aduersa, Legibus Imperii publicis, 4.) grauissimis sanctionibus, obligandi vis fuit adempta. In omnibus

bus ergo negotiis Imperii & salutis publicae, Episcopi Germaniae Principes & Proceres Regni, ea consulere & facere debent, quae fides Augusto & Imperio praestita postulant, ac cogitare sapienter, omnia negotia, quae per Leges publicas nulla, quae aduersa patriae sunt, non posse aliquam efficaciam consequi ex Iuramentis Legibus publicis damnatis & reiectis.

1.) §. XXVII.

2.) Pars Iuramenti Episcopalis recentioris Pontifici praestandi, desumta est ex Cap. un. *Ambitiosae* Extrauagant. comm. *de rebus Ecclesiae non alien.* at enimuero testante MARTINO AZPILCVETA, Nauarro, oraculo Iuris Pontificii, in *Manuali Confessariorum c. 17. n. 15.* constat: *Consuetudinem valere contra illam Paulinam Ambitiosam, credereque se,* NVLLIBI ESSE *receptam,* & *cap. 27. n. 15. Haec Extrauagans non vetat alienationem in casibus permissis in Iure: & in nihilo fuit recepta iuxta Sylvestrum v. Alienatio q. 13. Caietan. voce excommunicatio c. 75. Et Consuetudo valet contra illam: & credimus nullibi esse receptam.* Vti explicate ac eruditissime ex consensu Pontificiorum comprobauit HERMANNVS CONRINGIVS, solidissima *Animaduersione in Bullam Innocentii X.* qua Pacificationi Westphalicae contradixit *p. 316. 318. seq.* & in *Consultatione Catholica*, quam *de Pace Perpetua Protestantibus danda*, inter ipsos Pacis tractatus proposuit *§. VII. p. 13.*

3.) Vti LVDOVICVS ENGEL *Collegio vniuersi Iuris Canonici Lib. II. Tit. XXIV. n. 9.*

4.) I. P. O. Art. XVII. §. 3. *Contra hanc Transactionem vllumve eius articulum aut clausulam nulla Iura Canonica vel Ciuilia, communia vel specialia Conciliorum decreta - - - Religiosorum ordinum regulae aut exemtiones, siue praeteriti, siue futuri temporis protestationes - - - Iuramenta - - - vel vllae aliae quocunque nomine aut praetextu excogitari poterunt exceptiones vnquam allegentur, audiantur aut admittantur,* & iisdem verbis *I. P. M. Cap. XVI. §. 113.* Commentarii

266

vice legi potest summi viri HERM. CONRINGII *Animaduersio in Bullam Innocentii X.*

§. XXXVII.

Iuramenta Episcoporum Dominis Territorialibus vel Directis facta.

Sunt quoque inter Episcopos G. qui vel plene Superioritati Territoriali subiecti, veluti Pragensis, Viennensis, Neostadtensis, Gurcensis, Seccouiensis, Lauantinus, Labacensis; 1.) vel in Prouinciis, vbi Landsassiatus viget, possessiones suas, praedia, iura, habent, horumque ratione, aut per se, aut per Officiales, Dominis Territorialibus ac quandoque directis *Iuramenta* vel *Subiectionis*, vel *Fidelitatis* facere debent, quemadmodum *E. Bambergensis*, ob Dynastias in Ducatu *Carinthiae* sitas, per *Vice Dominos* suos 2.) Homagium praestitit; *Commendator Ordinis Teutonici*, *Balliuiae Hassiacae*, quae *Marpurgi* sedem habet, reseruatis tamen obligatione iurata Supremo Magistro debita & Iuribus Ordinis, Serenissimis *Hassiae* Landgrauiis & Potentissimae Domui *Saxonicae* ob Confraternitatis pactum, de *Subiectione Territoriali* An. 1567. fidem solemniter 3.) dedit. Episcopi *Vratislauienses* quoque *Regibus Bohemiae*, 4.) alii, aliis iurarunt.

1.) ITTERVS *de Feudis Imperii Cap. IV. §. V. p. 156.*

2.) Legatur CHRISTOPHORI ABELE *kurtze doch warhaffte in Iure & Facto wolbegründte Gegen - Deduction der Oesterreichischen Iurium wieder die vom loeblichen Fürstlichen Stifft Bamberg im Druck abgegebene Informations - Schrifft*, *Viennae 1668. f.* vbi in *Appendice Documentorum*, Formula Homagii *Clagenfurthi* 1567. praestiti sub *Lit. H.* comparet, Adiatur Extractus Protocolli Comitiorum Prouincialium *Lit. L.*

3.) LÜNIG

3.) LÜNIG Continuatione *Spicilegii Ecclesiast.* p. 379.
4.) LÜNIG *Parte Spec. Contin. I. vnter Schlesien in Supplement. vlterior. p. 480.*

§. XXXVIII.

Appendix Iuramentorum Promissoriorum.

Seriem *Iuramentorum Promissoriorum* Praesulum G. claudant hac vice *singularia* quaedam *Sacramenta*, quale An. 1642. Curia Romana a postulato ac confirmato sub spe futurae successionis Coadiutore Abbatiae *Fuldensis*, *Ioanne Salentino*, postulauit 1.): *vt dictus Coadiutor coram Literarum Apostolicarum executore iuret, se non modo reformationem a Nuncio Apostolico Anno 1627. in praedicto Monasterio institutam & peractam, nulla opposita limitatione obseruaturum; sed etiam Decisioni Rotali super dubio anni 1630. dato: An scilicet Monachi dicti Monasterii, tam ignobiles, quam nobiles habere debeant vocem Capitularem, quandocunque illa promulgabitur, staturum & pariturum; Ac denique iureiurando affirmet, in huiusmodi postulatione aut illius occasione nullas prorsus Capitulationes, Conuentiones, aut Pacta inter Abbatem Coadiuuandum, Coadiutorem ipsum deputandum, Capitulumve praedictos, aut eorum aliquos respectiue esse, vel fuisse contractas aut quomodolibet initas. Horum quoque Iuramentorum omnium & singulorum Instrumentum authenticum quam primum ad vrbem transmittere teneatur.* De conseruandis curate, non alienandis, pignori dandis, imo nec extra Ciuitatem Bremensem, nisi in casu necessitatis portandis *Reliquiis & Lapidibus pretiosis* Ecclesiae *Bremensis*, *ad sancta DEI Euangelia per se corporaliter sua manu tacta*, An. 1464. iurauit 2.)

Henricus II. Archi-Episcopus & Administrator *Bremensis* Comes de Schwarzborch. Addo Iuramentum *Wolffgangi* Praepositi *Berchtoldsgadensis*, quo Anno 1541. *tactis sacrosanctis scripturis*, in manus Vicarii Generalis & officialis Curiae Salzburgensis ac Commissarii deputati *Ernesti* Archi-Episcopi *Salzburgensis* promisit, 3.) se velle: *Das Haellen-Amt* (Salinarum) *zu Schellenberg, als des Hochwürdigsten Fürsten, seines gnaedigsten Herrn von Salzburg &c. Helfinger daselbst und in seinen Nahmen wesentlich, stifftlich, treulich, und erbaulich inhaben &c.* Alia Episcoporum in negotiis Secularibus e. gr. quando *Iudices* constituuntur *Camerales*, *Deputatos* agunt *Ordinarios*, quia nihil singulare habent; omitto, & alia iam cumulare nolo.

1.) Desumsi ex Protocollo Congregationis Rerum Consistorialium in publico Scripto: *Factum & Ius Iuramenti Episcopalis s. Capitulationum Herbipolensium f. 549.* Nescio tamen an graue Libertatibus Fuldensibus Iuramentum fuerit praestitum, quod docebit forte inposterum insignis & doctissimus Fuldensis Historicus IOAN. FRIDERICVS SCHANNAT.

2.) Formula Iuramenti extat apud LÜNIG, *Spicil. Ecclesiastici Fortsetzung des ersten Theils im Appendice zu denen Ertz-Stifftern p. 124.*

3.) Integrum extat apud EVNDEM *l. c. p. 1036. 1042.*

§. XXXIX.

II. Iuramenta Adsertoria Principum Ecclesiasticorum G.

Indicatis *Iuramentis*, quae obseruantia, pacta & leges postulant, iam *II. Assertoria* ordine succedunt, ex quibus aliqua subinde in summis Imperii iudiciis sunt

ſunt interponenda, quum ex parte vera ſit illa Iuriſconſultorum ſententia: *Principes inter ſe*, maxime quando in Iudiciis litigant, *vti iure priuatorum*, dummodo conditio illuſtris & libertas ſaluae maneant. Lubens fateor, me in Rerum Cameralium Actis, quae formis expreſſa proſtant, quantum temporis permiſit anguſtia, diligenter illuſtrem horum Iuramentorum Praxin, & ſingularia exempla perueſtigaſſe, ſed praeter *Purgatoriorum* quaedam veſtigia, raram huius argumenti mentionem deprehendiſſe.

§. XL.

Purgationis vero *Iuramentum* antiquum ſatis & maxime inter eccleſiaſticae dignitatis perſonas vſu frequentatum, 1.) cumprimis in *Francorum* regno, 2.) quod & Germanias noſtras ſuo olim complexu tenebat. *Pipinus* ſiquidem & potiſſimum *Carolus M.* de eodem ad normam a Pontificibus Romanis praeſcriptam redigendo, variis in Comitiis ac Synodis conſultarunt atque Capitularia 3.) ediderunt. Frequens inde *Sacramenti Purgatorii*, vt verbis Iuonis Carnotenſis ſcribam, vſus in cauſſis potiſſime criminalibus, ceu varia, cum Purgatorii *ſimplicis*, vti DD. appellant, tum *non ſimplicis*, adiunctis ſcilicet pro ſtatus qualitate Compurgatorum, Sacramentalium, numeris, Exempla docent, quae larga manu praebent conditores Annalium Eccleſiaſticorum *Caeſar Baronius*, alii, Rerumque Francica- Purgatorium Iuramentum.

268

rum Scriptores, quorum paucisſima cum ſint ex ipſa noſtra Germania, heic ſerie longa commemorare nolo. Magis inſignia forte patuiſſent, ſi curatiori ſtudio, Annales & Hiſtoricos Eccleſiarum Germanicarum perquirere licuiſſet. Sufficiat igitur vnum atque alterum afferre exemplum. Adſperſus fuerat *Philippus*, *Bambergenſis* Epiſcopus conflatae in *Philippum Sueuum* Rom. R. coniurationis, atque ſocietatis cum *Ottone Wittelsbachio*, Palatino Comite, proditionis initae infamia, ideoque *Innocentius III.* P. R. A. 1209. Legatis ſuis ad *Ottonem IV.* Rom. R. miſsis, partes impoſuit, vti de Epiſcopi cauſſa cognoſcerent, iusſitque, excitante mandatum RAYNALDO: 4.) *Si ſuper nece clarae memoriae Philippi Ducis Sueuiae, accuſatore contra eum legitimo comparente, culpabilis coram vobis fuerit comprobatus, vos eum ſublato cuiuslibet contradictionis & appellationis obtentu, ab omni officio & beneficio Eccleſiaſtico deponatis. Alioquin indicatis ei* PVRGATIONEM CANONICAM, *in qua ſi forte defecerit eadem, ipſum cenſura damnetis. Quodſi* LEGITIME SE PVRGAVERIT, *denuncietis eum ſuper obiecto crimine penitus innocentem.* Alterum, ex Archi-Eccleſia *Moguntina* petitum, *Ioannis II.* gente Naſſouii, Archi-Epiſcopi, qui ob caedem *Friderici Brunſuico-Lünaeburgenſis* Ducis, exauctorato Venceslao, quorundam conſiliis ac ſuffragiis Imperio deſtinati, variis ſuſpicionibus grauatus 5.) apud *Friderici* fratrem *Bernhardum*, *Ruperto* Comite Palatino Rheni, Duce Bauariae, ſummo Germaniae in Rheni partibus & vbi Franconica iura vi-

ra viguere Iudice, Comitibus permultis aliisque dignitate illuſtribus viris praeſentibus, Iureiurando ſolemniter interpoſito 6.) ſe purgauit. De *fracta quoque Pace Publica* inculpati, quorum in numero, non vna vice, quod dolendum, fuere, qui Pacis eſſe debebant ſeruatores Epiſcopi, praeſtare debent ex Legibus Publicis 7.) *Purgatorium Sacramentum*, quod tamen ab Electoribus ac Principibus reis fieri poteſt per nobilem genere Procuratorem. Terribile fuit Iuramentum, quo *Rupertus*, *Abbas Limpurgenſis*, exigente *Arnoldo Epiſcopo Spirenſi*, reuelationem de abſtinentia a piſcibus, ouis, lacticiniis & omnibus generaliter, quae vel vixerunt vnquam vel viuere potuiſſent, ab Ordinis Benedictini Monachis, obſeruanda, diuinitus vti falſo adſerebat, confirmauit. 8.)

1.) Titulus integer X. de *Purgatione Canonica* & eruditi Interpretes, interque hos ZEGERVS BERNARDVS van ESPEN *Iuris Eccleſiaſtici vniuerſi P. III. Tit. VIII. p.* 1072. Operum, *Edit. Colon.*

2.) Euoluantur viri ſummi HIERONYMI BIGNONII *Notae ad Marculfum, Capitular. Regum. Francor. Edit. Baluzianae Tom. II. p. 923: 924.*

3.) CAPITVLARE *Aquisgranenſe*, ſiue Capitulare Primum Anni 803. n. VII. apud STEPHANVM BALVZIVM *Capitularibus Regum Francorum Tom. I. p. 383.* Aliud CAPITVLVM apud EVNDEM *Tom. I. p. 386.* Item aliud CAPITVLVM apud EVNDEM *Tom. I. p. 386.* Item aliud CAPITVLVM de *Purgatione Sacerdotum qualiter facta fuerit Warmacia ſecunda vice Tomo I. p. 386 & Tomo eod. p. 188.* Conferantur ISAAC Epiſcopi Lingonenſis *Canones Tit. XI. III. Tom. I. p. 1277.* quibus Leonis III. Gregorii II. ceterorumque Romanae Eccleſiae Epiſcoporum & reliquorum Sacerdotum

cerdorum siue Orientalium & Graecorum Patriarcharum, & multorum sanctorum Episcoporum omnium ceterorumque Sacerdotum sententias de hoc Iuramento Purgationis sequitur. Addatur, quod ritus Sacramenti huius attinet, Dominus du CANGE *Glossario*, vocibus: ***Iuramentum, Sacramentales, Purgatio***, atque doctissimus Abbas Gallus VERTOTIVS *de Iuramentis veterum Francorum* erudita Disquisitione, quae in *Actes & Memoires de l'Academie Royale des Inscriptions & belles Lettres Tom. II.* relata.

4.) *Annal. Ecclesiast.* Tomo XIII. ad An. 1209. n. 5 p. 165.

5.) SERARIVS *Moguntiacarum Rerum Lib. X. §. IV. V.* additis doctissimi IOANNIS *Notis p. 713. 715.* Edit. recent. De *Sibethone* Episcopo *Spirensi* WIBERTVS in Vita *Leonis* IX. P. R. Lib. II. c. V. p. 72. ***Leo generale apud Moguntiam Concilium habuit, in quo Spirensis Praesul Sibicho,*** CRIMINALI REATV ***accusatus, voluit se*** EXPVRGARE ***terrifica*** SACRAMENTO ***dominici Sacramenti. Purgatorium iuramentum*** de crimine *laesae Maiestatis* accusati Archi-Episcopi *Coloniensis* vide apud LAMPERTVM *Schaffnaburgensem, Scriptor. Rer. Germ.* PISTORII T. I. p. 377. aliud, de *Haeresi* suspecti Episcopi *Bambergensis* apud Eundem PISTORIVM T. I. p. 381.

6.) Vti ex documentis patet publicis *l. c.* insertis potissime ipsius Ioannis II. Archi-Episcopi ad Argentoratenses literis, quibus declarandae innocentiae caussa refert: *Das ir* (und) *ander vnser Herren, Fründe und allermennlichen erfinden und sehen moget das uns die geschichte vnd nydderloge getruwelichen leit ist, vnd wir uns der auch, büde vff diesen tag gein den Hochgeborn Fürsten Hern Bernhart Hertzogen zu Lüneburg des egenanten Hertzogen Frederichs seligen Bruder,* in geinwertigkeit vnsers lieben Herren Ruprechts, Pfalzgraue by Rine, vnd Hertzogen in Beyren, etwie viel erber Grauen, Herren, Ritter, vnd Knechte, „ mit VNSERN EIDE CLERLICH GELVTERT *vnd entschuldigt* haben „ &c. ex Archiuo Argentoratensi produxit VLRICVS OBRECHTVS *Apparatu Iuris Publici p. 53.*

7.) ORD. CAM. *P. II. Tit. X.* iuncto §. 5. Conferantur ANDREAS GAILIVS de *Pace Publica*

Publica Lib. II. c. VII. LVDOLPHVS SCHRADER *Tractatu Feudali Part. X. Sect. XX. n. 239. p. 620.*

3) Extat Iuramentum in IOH. TRITHEMII *Chronica Monasterii Hirsaugiensis Operum Historicor.* a FREHERO *editor.* Tomo *p. 118.* ita conceptum: *Ego Rupertus Dei gratia Limpurgensis Ecclesiae abbas, dico, affirmo & iuro, coram omnipotente Deo, omnibus sanctis eius, & vobis Domine Arnolde, in animam meam super hoc corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi verum, quod natum est ex virgine Maria, passum & immolatum in ara crucis pro nobis, quod reuelationes istae, quas scripsi in parte & in toto, non sunt fictae, non falsae, non phantasticae, non diabolicae, non excogitatae ab homine, non deceptoriae, neque per humanam industriam adinuentae, sed mihi diuinitus reuelatae, verae, sobriae, angelicae & diuinae: sic me Deus, & hoc corpus Domini nostri Iesu Christi, quod in manibus meis teneo, nunc in extrema hora mortis meae, ac nouissimo die iudicii adiuuet, saluet & suscipiat. Et si aliter est quam dixi & iuraui, tunc hoc Domini nostri Iesu Christi venerabile corpus non pertranseat guttur meum, sed haereat in faucibus meis, strangulet me, suffocet me, ac interficiat me statim in momento: & non sit mihi locus in coelo cum electis Dei, sed sit mihi portio cum Dathan & Abiron in inferno & Iuda traditore, cum Herode & Pilato, qui Dominum crucifixerunt, & cum diabolo & angelis eius, in centro gehennae statim abhinc nunc & semper sine fine in aeternum. Amen!*

§. XLI.

De *Iureiurando*, quod *Mixtum* appellant, ac quorsum *Calumniae Iuramentum generale* referunt, quod heic memorem fere nihil 1.) habeo, quum ex Lege Imperii publica, Ecclesiastici Germaniae Principes cum Secularibus, horumque etiam Consiliarii (*der Chur-Fürsten und Staende verpflichte würck-* III. Iuramentum Mixtum Calumniae.

liche Raethe) vti est notissimum, (so viel ihrer Herren Rechtfertigungs-Sachen betrifft) 2.) ab eo sint immunes. De *Iuramentis* vero *Restitutionis in integrum* & *Reuisionis* 3.) momentosa est quaestio, quam breuiter hic pro argumenti publice in Imperio agitati grauitate cum pertractare non valeo, Disquisitioni de *Iuramentis Principum Secularium* reseruo.

1.) Constitutio HENRICI III. Imp. de *Iuramento Calumniae Clericis* remisso, quae integra extat *Leg. Longob. Lib. II. Tit. XLVIII. l. II.* §. I. iam fuit indicata, addatur tamen omnino APPENDIX ad CONCILIVM *Lateranense III.* apud HARDVINVM *Tom. VI. Part. II. p. 1706. 1797.* Compara etiam ZEGERVM BERNARDVM van ESPEN *Iuris Eccles. Vniu. Part. III. Tit. VII. c. IV. n. XXIV.*

2.) RECESS. IMP. NOVISS. *d. a. 1654. §. 43. vber dieses.* Conf. illustrissimi NICOLAI CHRISTOPHORI L. B. de LYNCKER, praeclarus *de Grauamine extraiudiciali* Tractatus *Cap. V. Sect. I. p. 418.*

3.) Euolue tamen perillustris Domini GEORGII MELCHIORIS de LVDOLF, de *Iure Camerali* accuratissimam *Commentationem p. 316. 444. & p. 327. 437.*

§. XLII.

Relaxationem a Iuramentis quis Episcopis concedat.

Relaxationem a *Iuramentis* praestitis vel *in totum* vel *ad effectum agendi*, Pontifici ac Iudicibus Ecclesiasticis adscribunt Pontificii Iuris interpretes magnam partem adulatores, verius Augustissimo Imperatori & Imperio, quod ad iudicium Camerale pertinet, 1.) Iuris Publici doctores, saluis tamen Territorialibus Iuribus, vindicant & tribuunt. Reperio tamen in caussis Ecclesiasticis, Praesules Germaniae

maniae

maniae *Relaxationem Iurisiurandi* a Romanis Pontificibus horumque Legatis & petiisse & impetrasse. Nolo iam cumulare, quae Ius Decretalium suppeditat, 2.) e Germania documenta proferam. Carolingorum iam aeuo Seculo IX. *Nicolaus I.* ac si Dominus Orbis Terrarum, iudice *Reginone* esset, se gerens, *Tietgaudo* Archi-Episcopo *Treuirensi* huiusque perantiquae Ecclesiae Praeposito Iuramenta carceris squalore & vi extorta relaxauit. 3.) *Ioannes Episcopus Wirzburgensis* a Legato Pontificio a Iureiurando, quod de seruanda Capitulatione iterum fecerat, 4.) absolutus. Eadem in Ecclesia *Sigismundum Saxoniae Ducem* in Coadiutorem electum, *Concilium Basileense* a religioso vinculo, contradicente tamen Capitulo Cathedrali 5.) liberauit. *Relaxationem* a Iuramento *ad facultatem agendi Ioannes Godofredus de Guttenberg*, ab Innocentiis XI. & XII. petiit & obtinuit 6.) plene postea liber factus. Sic quoque *Martinus V.* P. R. per Cardinalem Iulianum Legatum a Latere, ad instantiam & preces *ipsius Sigismundi* Imp. *Fridericum Bambergensem* Episcopum *a vinculo iuramenti, quo Capitulationem suam firmarat, laxauit, quamuis Relaxationem* siue *Absolutionem a Sede Apostolica, aut alias impetrare siue obtinere, vel Relaxationibus aut Absolutionibus huiusmodi impetratis & obtentis motu proprio concessis, vti non deberet,* 7.) liberum renunciauit. Quibus aliisque commoniti sacri Collegiorum summorum in Germaniae Ecclesiis sodales, conditiones de non petenda ab vllo Superiore Relaxatione,

Iuramentis ac Capitulationibus inserere, necessarium 8.) censuerunt.

1.) ORD. CAM. *P. II. Tit. XXVI.* RECESS. IMP. NOVISS. *§. als sich dann 164.* in fin.

2.) Cap. *Sicut nostris X. 27. de Iurei.* Add. ANTONIVS DADINVS ALTESERRA *Innocentio III. p. 313. 314.*

3.) Extat Decretum apud CHRISTOPHORVM BROWERVM *Annal. Treuirens. Lib. VIII. n. CXXIV. p. 417.*

4.) LAVRENTIVS FRIESS *Chronico Wirzburgico p. 702.* Scriptorum Rer. Wirzburg. perillustris de LVDEWIG.

5.) IDEM *p. 774.*

6.) Supra *§. IX. XI.*

7.) Extat BREVE *Martini V.* in scripto: *Factum & Ius Iuramenti Herbipolensis p. 562.*

8.) Etiam in Ecclesiis Protestantium, veluti Metropolitana & Primatiali *Magdeburgensi*, vid. CAPITVLATIO *Christiani Wilhelmi* Postulati Administratoris, apud LÜNIG *Spicil. Eccles. Contin. Partis I. Append. p. 52.* vbi: *vielweniger von vnsern geschwornen Eyd, durch geist- oder weltliche Obrigkeit oder Raethe absoluiren lassen.*

§. XLIII.

Poenae incaute iurantium vel peierantium.

Poenae Episcoporum incaute iurantium *Poenitentia congruens*, 1.) peierantium *Depositio*, vel aliae graues Canonicae Poenae, 2.) vel ipsius P. R. Vrbani III. iudicio statuendae, prudenter ac iuste ad Archi-Episcopum Pisanum, scribentis: *in Episcopos, qui suum transgressi Iuramentum tanto grauius est vindicandum, quanto maiori praeeminent dignitate, & eorum exemplo facilius alii possunt ad similia prouocari.* Poenas tales Episcoporum subinde Rerum Francicarum scriptores memorant. Nostro in Imperio, si cum violatione fidei coniuncta Pacis Publicae turbatio fuerit, Augustus cum consensu Imperii Ordinum 3.) infideles *Priuationis* sententia ferit.

1.) Cap.

1.) Cap. *sicut nostris X. de Iureiur.* Sic vt Germanica addimus, *Martinus V.* P. R. Friderico *Episcopo Bambergensi, pro audacia temerariorum Iuramentorum* (talia vocat Pontifex, Sacramenta in Capitulationes) *Poenitentiam salutarem & alia, quae de iure fuerint iniungenda, per Cardinalem Iulianum Legatum a Latere iniunxit.* vid. BREVE *Papale* in LVNIGII *Scriptis singularibus illustr.* p. 562.

2.) BALVZIVS *Notis ad Agobardum p. 122.* Conf. THEODORI Archi-Episcopi Cantuariensis *Capitula C. CVIII.* apud HARDVINVM *Concil. T. III. p. 1778.* C. CONCILIVM *Tullense II. Can. III.* ap. EVNDEM *Tom. V.* p. 509. *Narbonense c. VI. Tom VII.* p. 146. SYNODVS *Nemausiensis Tom. VII. p. 395. E. 936. Marciacense c. XV. Tom. VII. p. 1519. C. D.*

3.) CAPITVLATIO *Caroli VI. Art. XX.*

§. XLIV.

Ad postremum de *Ritibus* ac *Solennibus Iuramentorum Episcopalium* summatim quaedam adiungenda. Hoc enim argumentum illustres Viri magnique nominis & doctrinae Iurisconsulti 1.) copiose & erudite tractarunt. Id obseruaui, & ex allatis leui hac Disquisitione exemplis, forte patebit, *Episcopos*, quando in negotio sacro, ecclesiastico, Sacramenta fecere, plerumque *tactis Euangeliorum libris*, 2.) quando vero Secularibus fidem obligarunt, propositis Euangeliis *manu pectori admota*, 3.) *corporaliter*, iurasse. Sed nihil temere definio. Caeremoniae Iuramentorum Episcopalium.

1.) CAROLVS DU FRESNE Dominus de Cange, Glossario voce *Iuramentum*; IOANNES PETRVS de LVDEWIG *Commentario ad A. B. Tomo I. p. 329.* NICOLAVS HIERONIMVS GVNDLINGIVS binis *Obseruationibus*, quae *Parte IV. Gundlingianorum* comparent.

2.) Compara §. *V.* vbi tamen vnicum contrarium, §. *XVII. XVIII. XIX. XXV.*

3.) Adhibe §. *XVI. n. 4.* Adde Exempla: *Henrici* Archi-Episcopi *Moguntini*, qui *Gunthero Schwarzburgico* Regi, an. 1349. dum inuestiretur, manu ad gladium, post *ad pectus posita*, fidem obligauit, in GOLDASTI *Politicis Imperialibus Parte VI. p. 360.* *Ernesti*, Bavari, Archi-Episcopi, *Coloniensis*, Anno 1594. Ratisbonae, coram Euangeliorum libro, (*welches Libro Chur-Fürstliche Gnaden, zu Maynz und Trier kniende in ihrer Kayserl. Mai. Schooss gehalten, der Herr Chur-Fürst zu Coeln seine rechte Hand vornen auf die Brust geleget, und also den gewoehnlichen Ayd geleistet*) iurantis, apud THVCELIVM *Electis Iuris Publici Curiosis, p. 250.* Caussas huius diuersitatis ex parte aperit & illustrat, vt antiquiora mittam, CONCILIVM *Mediolanense VI. de A. C. 1582.* apud HARDVINVM *Tomo X. C. XIV.* vbi: *Quod ab Episcopis Praelatisue ob dignitatem, qua praecellunt, ex instituto fieri decet, vt* MANV AD PECTVS *admota, si quando oportet, Iusiurandum praestent: id sane vtique & semper ita rite seruent, nisi caussae grauitas, prout iure cautum est, aliter postulat. Reliqui autem Ecclesiastici homines, vtpote Clerici inferiorum ordinum, Subdiaconi, Diaconi & Presbyteri, si iurare necesse habent, id* TACTIS SACRIS LITERIS *agant. In caussis porro leuibus, vbi opus est iurent, manu scilicet* PECTORI ADMOTA; *si modo* SVPERIOR *praesens non adest: quo praesente* CONTACTIS SCRIPTVRIS *iusiurandum praestent.*

TANTVM.